# Digitales Brandenburg

**hosted by Universitätsbibliothek Potsdam**


## Georgii Adami Struvii jurisprudentia romano-germanica forensis ...

Jurisprudentia romano-germanica forensis - Georgius Adamus

**Mencke, Lüder**

**Jenae, 1733**


**urn:nbn:de:kobv:517-vlib-7433**



Visual Library

# ADDITIONES
AD
GEORGII ADAMI STRUVII,
JCti,
# IVRISPRVDENTIAM
ROMANO-GERMANICAM,
IN
*EPITOMEN*
JUXTA
HODIERNVM VSVM REDACTAM,
*EXHIBENTES*
MAGNIFICI AVCTORIS DESIDERIO

SVCCINCTAM VSVIQVE ACCOMMODATAM TITVLORVM, QVI DEERANT, E DIGESTIS REPETITIONEM, VT HIC JVRISPRVDENTIÆ LIBELLVS PANDECTARVM VOLVMEN ACCVRATIVS EVOLVTVRIS ADITVM PATEFACIAT, ET EX EODEM VTILIORA REPETITVRIS ANSAM PRÆBEAT, OPERA

LüDERI MENCKENII
PHIL. ET J. V. D.

*CVM INDICE.*

---

*JENÆ.*
APVD HEREDES BIRCKNERIANOS.
CIↃ DCC XXXIII.

*SERENISSIMI AC POTENTISSIMI*

ELECTORIS SAXONIAE

SUPREMI CONSILII ECCLESIASTICI,

QVOD DRESDÆ EST,

*PERILLUSTRI ET GENEROSISSIMO*

**PRÆSIDI,**

DOMINO SUO GRATIOSISSIMO

*NEC NON*

**CONSILIARIIS**

ET

ASSESSORIBVS

SPLENDIDISSIMIS

VIRIS

*MAGNIFICIS, SVMME REVERENDIS, EX-CELLENTISSIMIS ET CONSUL-TISSIMIS,*

DOMINIS & MÆCENATIBVS SUIS

ÆTATEM COLENDIS

*PERENNEM FELICITATEM*

VOVET

ET HOC QVALECUNQVE

OBSERVANTIÆ SUÆ DOCU-MENTVM EA, QVA DECET,

ANIMI SUBMISSIONE

*SACRUM ESSE CUPIT*

AUCTOR ADDITIONUM

## Lectori Benevolo Salutem dicit Auctor Additionum.

*Cum in lucem publicam ſua emittentibus nec Cenſor accuratus, nec Calumniator iniquus deſit, miraberis forte, cur loqui quam ſilere maluerim; inprimis quia Digeſtorum Compendia hodie non Scriptoribus, ſed Lectoribus deſtituuntur, eademque non tam rebus, quam vocabulis novis plerumque exornantur. Dicam ingenue mei Inſtituti rationem. Juris Prudentia, quam vides, Struviana ſuos invenit Amatores, quod non tantum prela toties repetita, ſed etiam publica & privata Laudatorum Virorum judicia docent; quorum vota eo tendere viſa ſunt, ut Digeſtorum Tituli hactenus omiſſi methodo ſimili adderentur, quo Pandectarum Volumen univerſum uſu Fori illuſtratum per ſua principia brevi temporis impendio legi relegique poſſet, quod ipſum quoque juſta Adoleſcentum optimæ indolis deſideria teſtabuntur. Unde Magnificus Auctor, ampliſſimo Conſiliarii intimi. Præſidis* Regiminis *& Ordinarii munere honoratus & oneratus, hunc libellum ſua opera per temporis anguſtiam ſuppleri non poſſe prævidit, eamque ſpartam mihi, forte indigno & impari, demandavit. Tanti Viri vo-*

*luntas mihi pro imperio fuit, hinc brevia, quæ benignis manibus Tuis offero, Additamenta eodem Ordine conſcripſi. Laudem nullam ex hac opella vel ſpero vel mereor, æquum autem Benevoli lectoris judicium loco præmii exopto expectoque. Inuſitata breviſſimo, uſitata laxiori ſtylo propoſui, Jure Saxonico ſubinde adducto, & craſſam Antiquitatis ignorantiam exoſus, & cum Ariſtippo apud Laërtium Adoleſcentibus diſcenda eſſe quæ Viris uſui futura ſunt, ratus. Cenſores ſine Populi ſuffragio tales, Lynceos in alienis, in propriis Tyreſias nihil moror: his enim placere terminos humanæ felicitatis excedit.*

*Cæterum Tuam Benevole Lector, teſtaturus benevolentiam, quam benigniſſime hæc qualiacunque interpretare, easdemque partes Tibi creditas eſſe puta, quas in pilæ luſu exprimit Lipſius; dum alterius eſt, inquit, commode mittere, alterius, ſi quid erratum eſt, quam belliſſime excipere & arte corrigere. Vale.*

ADDI-

# ADDITIONUM
## AD
# JURISPRUDENTIAM ROMANO - GERMANICAM STRUVIANAM
## LIBER I.
## TIT. I.
### *De Origine Juris & omnium Magiſtratuum, & ſucceſſione Prudentum.*
### L. I. D. T. II.

ANtequam Juris Civilis cognitionem ſpecialem inveſtigemus, inter illius Generalia Originem referre convenit, quam, præter Originem Magiſtratuum, & ſucceſſionem prudentum, dict. Tit. 2. ff conſiderat. Ita vero de origine Iuris Iuſtinianei, tanquam prima hujus Tituli parte, dicetur, ut ejusdem in progreſſu Fatum & Autoritas hodierna annectatur. Ad Jurisp. Rom. Germ. L. 1. T. 2. a. 9.

I. *Origo juris Civilis* repetenda eſt *ſecundum* triplicem Reip. Romanæ *Statum Regium* nempe, *Popularem & Monarchicum. Regius Status ad A. Mundi* 3200. ante Chr. Nat. 750. refertur, in quo omnia manu & poteſta-

te Regum gubernabantur *l.* 1. §. 1. *ff. de O. I.* ferebanturque Leges Regiæ *v. l.* 2. *ff. de mort. inf.* & curiatæ *l.* 2. §. 2. *ff. h. t.* duravit hic ſtatus *annos* 244. LAMPAD. *de Republ. Rom. Germ. P.* 2. *c.* 1. *n.* 2. *Lib. l* 1. *f.*

II. *Popularis* maxima ex parte *ſtatus*, qui poſt Regifugium cœpit, commode per tres Epochas, ſive intervalla notabiliora, recenſetur, quarum *prima* eſt Juris incerti, ſtetitque per annos 60. *v.* MAGNIF. AUTOR. *S. J. C. Ex.* 1. *th.* 63. *Secunda Epocha* eſt juris ſtabiliti, dum nominatis decem viris, leges a Græcis aliisque Gentibus finitimis petitæ, atque in decem tabulas redactæ ſunt, quibus ſequenti anno duæ tabulæ acceſſerunt *l.* 2. §. 4. *h. t. Tertia Epocha* eſt juris aucti (1.) per interpretationem Prudentum & diſputationem fori *l.* 2. §. 5. *ff. h.* (2.) per Legis actiones *l.* 2. §. 6. *ff. eod.* (3.) per Leges novas *l.* 2. §. 8. *ff. eod.* (4.) per Plebiſcita, Lege Hortenſia pro legibus habita *d. l.* 2. §. 8. *v.* LAMPAD. *c. l. n.* 5. (5.) per Senatus-Conſulta *l.* 2. §. 9. *ff. eod.* (6.) per Magiſtratuum Edicta *l.* 2. §. 10. *ff. h.* (7.) per ICtorum Reſponſa *l.* 2. §. 35. 44. *ff. eod.* § 8. *I. de Jur. Nat. Gent. & Civ.* GOTHOFR. *Hiſt. Jur. Civ. Rom. c.* 2. FRANZ *Com. ff. h. t. a. n.* 14. *ad* 46.

III. *In Statu Monarchico prima* fuit *Epocha* Gentilium Impp. usque ad Conſtantini M. initia ſ. *A.* 306. *Secunda* Principum Chriſtianorum usque ad Theodoſium Juniorem, qui Codicem Theodoſ. edidit. *A.* 435. *Tertia* Impp. ſubſequentium usque ad Juſtinianum ſ. A. 527.

IV.

IV. *Iuſtinianus*, laudatiſſimus Imperator, immenſa *Iuriſprudentiæ Volumina ſeptennio in ordinem redegit*, dum (1.) ex Gregoriano, Hermogeniano,&Theodoſiano Codice, additis ſubſequentium Impp. Conſtitutionibus, *Codicem Iuſtinianeum* colligi juſſit ediditque a. 519. (2.) Poſt compoſitionem Digeſtorum *Inſtitutiones* componi voluit easque promulgavit A. 533. *Menſ. Novembr.* (3.) *Digeſta* eod. An. *Menſe Decembri* publicavit (4) Codicem repetitæ prælectionis, quo hodie utimur, A. 534. edidit, & denique (5.) pro re nata *Novellas & 13. Edicta* ad Reipublicæ ſalutem emiſit. MAGNIF. AUT. *S. J. C. Ex.* 1. *th.* 61. *ſeqq.* IAC. GOTHOFR. *Hiſtor. Jur. Civ. Rom. c.* 8. DAN. Käyſer *Hiſtor. Jur. Part.* 1. *p.m.* 25.

V. *Iuris Iuſtinianei fata* vel uſus decreſcentis vel renaſcentis fuerunt. *Decrevit* Juſtinianeæ Jurisprudentiæ auctoritas *in Occidente*, Gothis, Francis, Vandalis, &c. arma per occidentales terras circumferentibus. *In Oriente* illius auctoritas eviluit partim ob ſubſequentium Impp. Novellas, partim ob novas, in quas hæc Jura redacta ſunt, formas, e quibus libri βασιλικῶν eminent. *Conf.* IAC. GOTHOFRED. *Hiſt. Jur. c.* 9. *& Bibl. Jur. Civ. c.* 5. 6.

VI. *Ius Iuſtinianeum renatum eſt* Seculo XII. dum Imperio *Lotharii*, conſilio *Irnerii*, deſiderio *Mathildæ* Comitiſſæ Tuſciæ, Piſis hoc Jus doceri cœpit. Ex Italia illud in Germaniam, Hiſpaniam, Galliam &c. ſenſim trans-

latum eſt GOTHOFRED. *d. C. 9.* MAGNIF. AUC. *S. I. C. Ex. 2. th.* 34.

VII. *Ius Iuſtinianeum* hodie *maximæ eſt autoritatis*, adeo quidem, ut Turcæ Codice Iuſtinianeo Græco utantur, vide BUS. *ad L. 6. ff. de Iuſt. & Iur.* præcipue in Imperio Romano Germanico, quandoquidem in Ordinationibus Imperii, Juris Communis nomine denotatur *v. Rec. Imp. ab A.* 1495. & in Camera obſervatur. *Ord. Cam. P. 2. T. 31. §. f.* Aſſeſſoribus ad illud juramento devinctis. *v.* GAIL. *l. 1. Obſ. 36. n.* 14. De Belgio teſtatur GROENEW. *de LL. abrog. ad §. 6. Proœm. I. n.* 2. Similem quandam auctoritatem Iuri Civili tribuit in Italia ARTHUR. DUCK. *de Auct. I. C. l. 2. C 3. n. 16.* in Hiſpania *c. 6. num.* 30. in Gallia *c. 5. n 31. j. tamen* REBUFF. *ad Conſt. Reg. 9. in Præfat. gloſſ. 5. n.* 20. Iura ſtatutaria in Germania (idem de Italia aſſerit *c.* ARTHUR. *d. l. c. 3. num.* 29.) e Iure Civili declarantur, reſtringuntur & ſupplentur *id. l. 1. c. 2. n.* 17. HART. PIST. *l. 1. q. 32. n.* 8 CARPZ *p. 3. C. 20. d. 10. n. 6.* LAUT. *Concl. For. Exerc. 1. th.* 2.

IIX Cum de moderna Iuris Iuſtinianei autoritate actum ſit, monendum nonnihil venit *de Iure Canonico & Saxonico*, uſu frequentiſſimo. *Ius Canonicum* originem trahit a Canonibus, qui in primis Conciliis conditi ſunt, de quibus *v.* IOH. SCHILT *inſt. Iur. Canon. l. 1. th. 2. §. 4. ſeqq.* Quam incertæ v. originis & auctoritatis ſint Canones, qui vulgo Apoſtolici

ſtolici dicuntur,accurate docet ZIEGL *Diſſ. de Orig. & increm. Iur. Can. th.* 8. *ſeqq.* Aucta Pontificum poteſtate crevit canonum numerus & auctoritas, natumque ex Patrum ſententiis, Conciliorum decretis,Pontificum conſtitutionibus &c. tandem Ius Canonicum,quod *in Volumen Decreti & Decretalium* diſpeſci poteſt. *Decretum* privata auctoritate a Gratiano, Monacho Bonon. circa A. 1150. collectum, *tres partes* complectitur, quarum *prima* 101. *diſtinctiones,ſecunda cauſas* 36. *tertia Tractatum de Conſecratione* 5. diſtinctionibus comprehenſum tradit. De cujus Auctoritate dubia v. laudatus ZIEGLER. *d. Diſſ. th.* 47. & *præc. de Paleis leg. id. th.* 46.

IX. *Decretalium volumen* conſtitutiones Pontificum complectitur & *quatuor partibus* abſolvitur. *Prima pars* 5. *libris conſtat*, quorum ſinguli ſuos habent Titulos & Capita: collegit eos *Raymundus* mandato *Greg. IX.* Pontificis, quoniam extra Decretum ſunt, allegari ſolent (extra) X. Ordinem librorum vulgo notus docet verſiculus:

I. II. III.
*Judex, Judicium, Clerus,*
IV. V.
*Sponſalia, Crimen.*

*Pars ſecunda, a Bonifacio VIII.* congeſta eodemque ordine diſpoſita eſt, quia vero *ſexti* decretalium Libri nomen habet, allegatur

in

in 6. *Pars tertia*, eundem ſervans ordinem, *Clementinarum* vocabulo denotatur citaturque ab Auctore *Clemente V. Pars quarta* 20. Conſtitutiones *Iohannis XXII.* complectitur & ſub *Extravagantium* appellatione adducitur, prӕterea vero diverſorum Pontificum Conſtitutiones recenſet, quӕ *Communes* dicuntur, eundemque cum decretalibus ordinem habent. His partibus in calce acceſſit cum *liber Inſtitutionum Iur. Can.* Pontificis mandato a Joh. Paulo Lancellotto conſcriptus tum *lib. VII. Decretalium*, de cujus confirmatione nondum ſatis conſtat. *v.* ZIEGL. *c. l. th.* 59. LENGEL. *procem. Coll. I Can. n.* 2.

X. *Jus Canonicum* Juri Divino & rationi non contrarium per conſuetudinem non tantum in provinciis multis receptum eſt, CARPZOV *Iuriſpr. Conſ. l.* 2. *d.* 152. *num.* 5. ſed etiam Iuri Civili prӕfertur in materia juramentorum, matrimoniorum & Proceſſuum &c, MAGNIF. AUT. *S. J.C. Ex.* 2. *th.* 59. RITTERSHUS. *de differ. I. Civ. & Canon procem.* Alias in dubio non ſtatuendus eſt inter Ius Can. & Civile diſſenſus, caſus vero in altero obſcurius, in altero aperte deciſus ex eo, quo manifeſte continetur, regulariter determinandus eſt *a. C.* 1. *X de Nov. oper. nunc.* CARPZ. *P.* 1. *C.* 21. *d.* 2. *n.* 4. *v.* ARTH. DUCK. *de Aut. I. Civ. l.* 1. *c.* 7. *th.* 12. 13. RITTERSHUS. *c. l.*

XI. *Ius Saxonicum* moribus ab initio introductum, deinde ab *Eccardo a Repka* tribus

bus libris latino ſermone conſcriptum, & ab eodem in maternum idioma mandato Illuſtris Comitis *Hojeri a* Falckenſtein translatum, *Speculique Saxonici* titulo inſignitum eſt, uti docet *Præfatio Spec. Sax.* cui poſtea acceſſit confirmatio *Caroli M. A.* 810. *d.* 10. *Febr.* facta, monente *Gloſſa ad* Land-Recht *l.* 3. *art.* 82. *v.* diß *Privilegium.* Inde *Otto I.* Iure hoc denuo ſtabilito das Weichbild, medullam Iuris Saxonici, autoritate publica donavit *Anno* 940. id quod privilegium ſub finem Spec. Sax. adjectum teſtatur. *v.* COLER. *in Orat. de Orig. Jur. Saxon* Et hi quidem libri, np. das Land-Recht und Weichbild, *Juris Saxon. Communis* nomine veniunt, quod extra Saxoniam a Luſatis, Sileſiis, imo Polonis & Lithuanis obſervari docet COLER. *in dict. Orat.* Hujus Juris auctoritas ex uſu magis quam verbis & ſcriptura æſtimanda eſt. *P.* BERL. 3. *Concl.* 28. *n.* 43. illiusque defenſores ſunt Electores Sax. etiam adverſus Jus Cæſareum. *v.* PHILIPP. *Vſu pract. Inſt. l.* 3. *Ecl.* 17. *n.* 7. *ſeq.* Poſteaquam autem Electores Saxoniæ non pauca Jure communi controverſa aut indeterminata in ſuis Conſtitutionibus deciderunt quemadmodum *Electoris Auguſti Conſt ne A.* 1572. *Joh. Georg. II. dec. de A.* 1661. *& Conſt. Nov. An.* 1672. teſtantur, illæque Conſtitutiones non æque extra Electoratum atque in Electoratu obſervari cœperunt, nata inde eſt *Juris Communis & Electoralis Saxonici* diſtin-

ctio.

ctio. Univerſum Jus Sax. vero, tanquam ſtatutarium, ſtricte accipiendum & e Jure Civili explicandum eſt CARPZ. *Proc. T.* 19. *art.* 3. *n.* 16. *ſeqq.*

XII. Altera pars tituli de *Magiſtratuum origine* tractat, quam per varias mutationes *Pomponius l.* 2. §. 14. *ſeqq.* explicat.

XIII. Tertia pars de *ſucceſſione prudentum* agit, quam uti ſtudioſe id. *Pomp. l.* 2. *§.* 35. *ſeqq. h. t.* recenſet, ita convenienti ordine illam exponit GOTHOF. *Hiſtor. Iuris C.* 7. ubi ſectas quoque Sabinianorum & Proculianorum accurate recenſet J. FRANZ. *Com. ff. h t, n.* 65.

## *TIT. II.*
## DE
## LEGIBUS ET SENATUS CONSULTIS, ET LONGA CONSUETUDINE.

L. 1. ff. t. 3.

Origine Juris ſpectata ad ſpecies nonnullas *Iuris Civilis* deſcendendum erit, e quibus *Lex, SCtum & Conſuetudo* præſenti titulo explicatur, quarta, nempe *Conſtitutio Principis,* tit ſeq. comprehenditur. Pars prima hujus Tituli de Legibus agit.

I. Miſſa vero Legum in divinas & humanas, divinarumque in Morales, Ceremoniales,

les & Forenſes, diſtinctione, ad humanas confertur, e quibus cum leges omnibus Communes, Naturales nempe & Gentium, MAGN. AUT. L. I. T. 2. explicaverit, leges quibusdam proprias ſ. civiles generaliter conſiderare convenit.

II. Eſt itaque Lex Majeſtatis decretum, ad ſalutem Reip. promulgatum, ſubditos ad obſequium obligans.

*Legem condit Majeſtas*, quæ in Imperio Romano-Germanico penes *Imperatorem & Status* Imperii ſimul ſumtos hæret; unde conjunctim ab his *Leges Univerſales* conduntur, quæ Receſſuum nomine veniunt *v.* PAURM. *l.* 2. *de Iurisd. Imper. c.* 2. *n.* 84. *Principes imperii vero Leges Particulares* Jure Superioritatis Territorialis ferunt. BRAUTL. *Epit. Iurispr. Publ. l.* 3. *c.* 5. §. 13. PHIL. *uſu pract. L.* I. *Ecl.* 9. REINK. *de R. S. & E. l.* I. *Claſſ.* 5. *c.* 6. *n.* 7.

III. *Per leges obligantur ſubditi* quamvis inviti, *l.* I. *ff. d. ll.* quibus accenſendi ſunt Clerici *v.* CARPZ. *Iurispr. Conſ. l.* 3. *d.* 2. *n.* 7. ZIEGL. *ad jus Canon.* 3. *t.* I. *p.* 635. & Advenæ, *c.* 2. *diſt.* 8. & quoad ſolennitatem actus, qui geritur *l.* 6. *ff. de Evict. l.* 9. *C. de Teſtam.* CARPZ. *P.* 3. *C.* 6. *d.* 12. *v.* VINN. *ad* §. *f. I. de Teſt. Ord.* & quoad pœnam delicto ſtatutam. CARPZ. *P.* 2. *q.* 54. *n.* 51. *ſeqq.* Solutus igitur legibus civilibus eſt Princeps *l.* 31. *ff. d. ll.* ſive vim coactivam ſ. directivam ſpectes *a. l.* 31. §. 4. *ff.*

4. *ff. ad SCT. Treb. a. l* 26. *C. d. donat. inter Vir. & Ux.* licet honeſtatis intuitu ipſum nonnunquam leges Civiles vinciant *v. l.* 4. *C. de ll.* ZIEGL. *de Iur. Maj. L.* 1. *C.* 1. *n.* 28.

IV. *Lex verſatur* regulariter *circa* negotia (1.) futura, non præterita, niſi nominatim & de præterito tempore & adhuc pendentibus negotiis cautum ſit. *l.* 7. *C. d. ll.* (2.) frequentia *l.* 3. *ſeqq. ff. d. ll.* (3.) poſſibilia naturaliter. *l.* 185. *ff. de R. I.* & moraliter *l.* 15. *ff. d. cond. inſt. a. c. f. X. de Conſuetud.*

V. *Lex promulgata* plerumque *poſt duas Menſes N.* 66. *c.* 1. *O. P. S. proœm.* §. So haben. PHILIP. *Uſ. Pract. I. l.* 1. *Ecl.* 11. *obligat l.* 9. *C. d. ll.* ad ſcientiam *l.* 3. *C. eod.* & ad obedientiam in foro ſoli directo, per conſequentiam in foro conſcientiæ. 1. PETR. 2. *v.* 13. ita ut conſcientia non liberetur, niſi quis ſine dolo pœnæ legis ſe ſubjecerit, quæ aut eſt nullitatis *l.* 5. *C. de ll.* aut alia, eademque vel cum, vel ſine nullitate actus definita. *l. f. & Auth. Inceſtas C. de Inceſtis & Inut. nupt. l.* 1. *C. de ſecund. nupt.* VIN. *S. Q. l.* 1. *c.* 1. *j.* HAHN *ad* WESENB. 5. *de Legibus n.* 7.

VI. *Tollitur Lex* prior (1.) per poſteriorem legem contrariam *l. f. ff. de Conſt. Princ.* (2.) deſuetudinem *l.* 37. *§.* 1. *ff. d. ll.* (3.) ceſſante penitus cauſa adæquata finali, lex ipſa ceſſat *a. f. ff. ad SCt. Silan. j. l.* 1. §. 3. *ff. de min.* FRANZ. *Comm. ff. h. t. n* 75.

XII. *Pars ſecunda* hujus *tituli de Senatus-*

Con-

*Conſultis* tractat. Eſt vero *SCtum*, quod Senatus jubet atque conſtituit. §. 5. *J. de J. N. G. & C.* Poteſtatem juris condendi ſenatui competiiſſe, *l. 9. ff. de ll.* oſtendit, ſed quando hoc jure uſus ſit ſenatus, controverſum *v.* VINN. *ad d. §.* 5. GOTHOFRED. HISTOR. *Jur. C.* 3. BACH. *Vol.* 1. *D.* 1. *tb.* 5. *l. g.* Tertia pars hujus Tituli, *longa ſcil. Conſuetudo*, explicata eſt *a* MAGNIF. AUCTORE *l.* 1. *T.* 2. *a.* 12.

## TIT. III.
### DE
# CONSTITUTIONIBUS PRINCIPUM.

L. 1. ff. t. 4.

I. *Conſtitutio Principis* eſt ſerium Principis placitum, ad hoc publicatum, ut legis vigorem haberet. *l.* 1. *ff. b l.* 8. *C. d. ll.* ad L. I. t. 2. a. 11.

II. Ratione effectus ſ. utilitatis *diſtinguuntur Conſtitutiones in generales & ſpeciales. Generales* ſunt, quæ omnibus proſunt & dividuntur, reſpectu modi conſtituendi, in *Reſcripta, Decreta & Edicta. Reſcripta* ſunt Reſponſa Principis, ad Conſultationem vel relationem eorum, qui Principi ſupplicarunt, emiſſa *l. f. C. d. diverſ. Reſcript.* quæ, ut valida ſint, *requiritur* præcipue (1.) ut contineant conditionem, ſi preces veritate nitantur *l.* 7. *C. eod.* quæ Jure Canon, ſubintelligitur

B

gitur. *c.* 2. *X. de Reſcript. Iure* Saxon falſa relatio ſub pœna arbitraria interdicitur *v. Mand. El. ab An.* 1579. §. Letzlichen (2.) ut non ſint contra jus vel utilitatem publicam. *l. f. C. Si contra jus vel utilitatem publ.* (3.) ut adſcribatur dies & Conſul. *l.* 4. *C. de div. Reſc.* (4) ut accedat Principis ſubſcriptio *l.* 6. *C. eod.* (5.) ut Originalia inſinuentur *l.* 2. *C. eod.* FRANZ. *ad ff. h. t. n.* 29. *Decreta* ſunt ſententiæ, quas Princeps cauſa cognita inter partes litigantes pronunciat §. 6. *I. de I.N.G. & Civ. Ex. v. l.* 3. *ff. De his quæ in Teſt. del. Edicta* ſunt conſtitutiones generales, proprio motu a Principe ad utilitatem Reipubl. latæ *l.* 3. *C. d. ll.*

III. *Conſtitutiones ſpeciales* appellantur *privilegia,* quæ ſunt jus ſingulare, contra legis univerſalis tenorem, propter aliquam utilitatem introductum *l.* 16. *ff. d. ll.* Hæc ſunt intuitu finis vel *odioſa vel favorabilia* §. 6. *I. de I.N.G. & C.* A ſubjecto autem dividuntur *in realia & perſonalia. Realia* ſunt, quæ rei tributa eid. inhærent, & ad quosvis poſſeſſores transmittuntur *l.* 68. *l.* 196. *ff. de R.I. & ff. de Iure imm.* e.g. immunitates prædiis conceſſæ. *Perſonalia,* quæ perſonæ conceſſa illi inhærent, & cum ead. exſtinguuntur. dd. ll. Indulgentur vero vel toti cuidam Ordini perſonarum, dicique poſſunt communiter perſonalia, ut privilegia Doctoratus; aut huic vel illi individuo, & appellari poſſunt naturali-

raliter perſonalia. Perſonalia non tranſeunt ad heredes quatenus tales, niſi cœperit privilegio viva perſona privilegiata eſſe locus. *a. l.* 18. §. *f. ff. de min. l.* 6. *ff. de in integr. reſt.* *v.* MAGNIF. AUCT. *S. Iur. C. Ex.* 2. *th.* 29. Conf. FRANZ. *Com. ff. h. t. num.* 139. *ſeqq.*

IV. *Privilegia* Perſonalia perſonæ, realia rei interitu totali exſtinguuntur *d. l.* 68. *ff. de R. J. Tolluntur* item renunciatione. *a. l.* 29. *C. de Pact.* non uſu, quando utendi haud defuit occaſio *a. l.* 1. *ff. de Nund.* & abuſu. *c.* 4. *c.* 24. *X. de privil. a. l.* 12. *de dignit.* Denique Privilegia ſunt reſpectu concedentis latiſſime, *l.* 3. *ff. de Conſt. Princ.* reſpectu tertii, ne illi fiat præjudicium, ſtrictiſſime interpretanda *l.* 2. §. 10. 16. *ff. ne quid in loco publ.*

## *TIT. IV.* DE STATU SERVILI.

Quoniam juris, de quo dictum eſt, Objectum conſtituunt perſonæ vel Res *v.* §. 12. *I. de I. N. G. & C.* Perſonæ v. in triplici ſtatu, vel libertatis, vel familiæ, vel civitatis conſtitutæ ſunt. *l. f. ff. de Cap. min.* ea, quæ circa ſtatum libertatis reſtant, inprimis e libro ff. 40. breviſſimis annectere licebit. Ad. l. 1. Jpr. t. 3. aph. 5.

I. *Servi* ſtatum ſervilem amittunt per *manumiſſionem*, quæ eſt de manu datio, ſeu de poteſtate dominica dimiſſio. Manumitti po- L. 40. ff. t. 1. de Manumiſſionibus.

teſt ſervus proprius, etiam infans *l.* 25 *ff. de Manum.* furioſus *l.* 26. *ff. eod.* aut in ventre conſtitutus *l.* 14. *C. de Fideicomm. libert. Fit* autem *manumiſſio*, vel *a Domino, vel a lege. A domino* aut verbis aut factis expeditur. *Facto* manumiſſio contingit, quando Dominus inſtrumenta, e quibus ſervi conditio probari poteſt, ſervo dat vel corrumpit præſentibus quinque teſtibus *l.* 1. §. 11. *C. de Lat. lib. toll.*

L. 40. ff. t. 2. de Manumiſſ. vindicta.

II. *Verbis* manumiſſio fit vel inter vivos vel ultima voluntate. *Inter vivos*, Vindicta, cum manumittendi voluntate a Domino declarata, Lictor hujus Magiſtratus Majoris Virgulam capiti ſervi manumittendi imponit, accedentibus verbis ſolennibus (quæ poſtea, licet non dicerentur, pro dictis habita ſunt *l.* 23. *ff. d. t.*) nomenque manumiſſi ad acta refertur. HILDEBRAND. *in Antiquit. verb. Manumiſſio.* Hæc poteſtas manumittendi ſervos ſuos, quæ dominis ſingulis conceſſa per div. Marcum, omnibus Collegiis licitis tributa eſt *l.* 1. *ff. de Manumiſſionibus, quæ ſervis ad univerſitatem pertinentibus imponuntur.*

L. 40. ff. t. 3. de Manumisſionibus, quæ ſervis ad univerſitatem pertinentibus imponuntur.

III. *Ultima voluntate* fit manumiſſio *vel verbis directis* & datur libertas directa, vel precariis & datur libertas fideicommiſſaria. *Directa libertas* teſtamento valido *l.* 23. *ff. de Manum. teſt.* & codicillis teſtamento confirmatis conceditur *l.* 43. *ff. de Manumiſſ. Teſtam.* ſive pure, ſive ſub conditione, ſive in diem *l* 23. *ff. eod.* Qui libertatem ſic non pure tributam habet, *ſtatu liber* dicitur & deſcribitur

L. 40. ff. t. 4. de Manumisſis teſt.

bitur

bitur, quod ſit is, qui ſtatutam, & deſtinatam in tempus vel conditionem libertatem habet *l. 1. ff. de ſtatu liber. Fideicommiſſaria libertas* appellatur, quæ verbis precariis & ab inteſtato & codicillis teſtamento non confirmatis relinquitur. *d. l.* 43.

L. 40. ff. t. 7. de ſtatu lib. L 40. ff. t. 5. de fideicommiſſariis libertatibus.

IV. Hactenus dictum *de libertate*, quæ a domino datur, jam agendum de illa, *quæ a lege dependet*, & ipſo jure tribuitur, quando necem domini ſervus detexit, aut pro derelicto ob gravem infirmitatem a Domino habitus eſt, *l.* 5. *l.* 2. *ff. Qui ſine manum. ad libert. perv.* Conceſſam *libertatem tollit ademptio libertatis*, tam a teſtatore, quam lege facta *l. un. ff. de ademt. libert. Manumiſſionem* faciendam *impedit Lex Ælia Sentia*, ſi vel in fraudem Creditorum, vel a perſona inhabili fiat *pr. &* §. 4. *J. Qui & ex quib. cauſ. man. non poſſ.* Præterea *liberti ad ingenuitatem perveniunt jure aureorum annulorum a* Principe *impetrato* (nam liberti ferreis annulis utebantur) quod poſtea per *N.* 78. *c.* 1. ſine ſpeciali impetratione datum eſt, & tum quidem ſalva manent *Patronatus jura l.* 5. *l.* 6. *ff. de Jur. aur. annul.* Quæ omnia *pereunt*, quando libertini per Principem conſentiente Patrono iis reſtituuntur natalibus, in quibus initio omnes homines fuerunt *l.* 2. *ff. de Natalibus reſtituend.* Verum Jure Nov. & hic Principis conſenſu opus non eſt *d. N.* 78. *c.* 1.

L. 40. ff. t. 8. Qui ſine Manumiſſione ad libertatem perveniunt. L. 40. ff. t. 6. de ademtione libertatis. L. 40. ff. t. 9. qui & a quibus manumiſſi liberi non fiunt & ad L. Æ. S. L. 40. ff. t. 10. de Jure aureorum annulorum. L. 40. ff. t. 11. de Natalibus reſtituendis.

V. Conſiſtit alias *Jus Patronatus partim* L. 37. ff. t.

14. de Jure Patronatus.

L. 31. ff. t. 15. de obſequiis Parentibus & Patronis præſtandis.

L. 58. ff. t. 1. de Operis libertorum.

*in jure ſuccedendi* de quo §. 1. I. de ſucceſſ. libert. agit, partim *in obſequio* & reverentia, Patrono præſtanda *d. N. j. l. 4. l. 15. ff. de Iure Patronatus l. 9. de Obſeq. Par. & Patron. præſt.* Cum vero *Patroni* nonnunquam *operas a libertis peterent*, eæ per ſtipulationem *l. 5. ff. de Oper. libert.* item jusjurandum *l. 7. ff. eod.* promittebantur, quarum aliæ in miniſterio quodam conſiſtebant & *officiales*, aliæ in artificio & *artificiales* appellabantur *l. 6. ff. eod.* utræque victu veſtituque liberti regulariter præſtabantur *l. 18. ff. eod.*

L. 40 ff. t. 12. de liberali cauſa.

L. 40. ff. t. 13. Quib. ad libertatem proclamare non licet.

L. 40. ff. t. 14. Si ingenuus eſſe dicitur.

L. 40. ff. t. 15. Ne de ſtatu defunctorum poſt quinquennium quæratur.

L. 40. ff. t. 16. de Col-

VI. Denique *ex hoc ſtatu perſonarum naſcitur actio præjudicialis*, qua vel in libertatis poſſeſſione conſtitutus in ſervitutem petitur, vel in poſſeſſione Servitutis collocatus ad libertatem provocat *l. 1 l. 10. de Liberali cauſa.* A quo provocandi jure excluduntur, qui ſe venire paſſi ſunt, *l. 3. ff. quib. ad libert. procl. non lic.* Pariter ei, qui ſe ingenuum eſſe aſſerit, tribuitur actio, qua ingenuitatis jura nanciſcatur, *l. 1. l. 6. ff. ſi ingen. eſſe dic.* Propter odium ſervitutis autem definitum eſt quinquennium, ut eo elapſo de defuncti conditione in partem deteriorem non amplius quæreretur *l. 1. pr. & §. 4. ff. ne de ſtat. def. poſt. quinq.* Ne vero in ſtatus controverſia Domini cum ſervis colluderent, hæc pœna definita eſt, ut per colluſionem Domini vel libertus vel ingenuus judicatus ejus, qui colluſionem detegit, ſervus vel libertus fieret. *l. 1. ſeqq. ff. d. Colluſ. detegenda.*

VII.

VII. *Proprios homines* magnam cum ſervis habere affinitatem MAGNIF. AUT. *l.* I. *t.* 4. *a.* 4. oſtendit, de quibus occaſione ſuperiorum monendum eſt pauciſſimis, quod iidem *Iuris Civitatis ſint incapaces. Conf.* BRUNING. *de Var. Univerſ. Specieb. Concl.* 40. *l.* 6. Stamm *de ſervit. perſ. l.* 3. *c.*20. nec a Gleba, cui ſemel adſcripti ſunt, invito domino ſuo diſcedere poſſint, conceſſa dominis poteſtate eos actione utili præjudiciali cum omni ſobole & peculio repetendi. HAHN. *ad* WESENB *t. de ſtat. hom. num.* 5. MEV. *ad Ius Lubec. l.* 1. *t* 3. *art.* 3. *Liberantur* autem homines proprii *a Domini poteſtate, vel volente domino, vel Lege.* Dominus manumittendi voluntatem vel expreſſe vel tacite declarat. *Expreſſe vel inter vivos* dato manumiſſionis inſtrumento ſive affrancamento Ger. Laß-oder Loß-Brieffe, aut manumittendi animo alias ſufficienter, e g in præſentia teſtium, detecto, *vel ultima voluntate*, manumiſſione heredi mandata. Stamm *l.* 3. *c.* 37. *num.* 4. *ſeqq. Tacite* manumittendi intentio die Ab-oder Erlaſſung oſtenditur *per præſcriptionem* viginti annorum, quoties homo proprius tamdiu bona fide in poſſeſſione libertatis moratus eſt *l.* 2. *C. de Præſcr. long. temp. quæ pro libert. j. l.* 18. *ff. de V.S. aut dignitatem*, ad quam, cum illius alias ſit incapax, homo proprius ſciente & non repugnante domino evehitur, nec intereſt, utrum hæc dignitas *togata* e. g. Se-

lusione detegenda.

natoria, an vero *ſagata* e. g. Tribunitia ſit *a. l. 34 ff. d. op. libert a. l. 6. C. Qui milit. poſſ. l* 12. HAHN. *ad* WES. *t. de Nat. reſt.* PHILIP. *Uſu Pract. Inſt. l.* 1. *Ecl.* 39. *Legis voluntate* liberantur homines proprii a Dominorum poteſtate per inhumanam Dominorum *crudelitatem a. §. 2. J. de his, qui ſui vel al. l.* 1. *C. de Emend. ſerv. j. Auth. Qui rem. de ſac. ſanct. Eccleſ. add.* PHIL. *Ec.* 43. & *Principis autoritate* quoties is vel ipſe vel per alium manumiſſionem facit, quam poteſtatem Comitivis nonnunquam inſeri docet *d.* PHIL. *Ecl.* 38. *n.* 6.

IIX. Quamvis hominibus propriis accenſeri nequeant *Tuguriola Nobilium ruri inhabitantes* ea conditione, ut operas, ad culturam agrorum & triturandum frumenta mercede certa locent, die Häußler Lohn- oder Erb-Dreſcher, invito tamen domino hi domicilium mutare nequeunt *a. l.* 5. *C. de obl. & Act. v. præjud. ap.* PHILIP. *d. l.* 1. *Ecl.* 38. *n.* 5.

## *TIT. V.*
## DE
## PACTIS DOTALIBUS.

L. 23. ff. t. 4.

Ad l. 1. T. 8. aph. 6. De ſtatu libertatis actum eſt in præcedentibus, hinc ordine exigente ad ſtatum Familiæ pergendum, qui cum a nuptiis tanquam principio dependeat, nuptiis vero plerumque dos accedat, de Pactis circa dotem initis tractari par eſt.

I. Pa-

I. *Pacta dotalia* ſunt conventiones de dote inter Conjuges vel eos, qui dotem dant, promittunt, ſuſcipiunt, aut repetere poſſunt, initæ *a. l. un.* §. 1. *C. de R. U. A.*

II. Pacta dotalia *conſtituuntur Conſenſu* tam *ſcripto* quam *non ſcripto d. l. un.* §. 1. ZOES. *h. t. n* 4. dummodo hic legitime e. g. per teſtes juratos probari queat. CARPZ. *P.* 2. *C.* 4. *d.* 8 licet pacta dotalia melioris probationis gratia in ſcripturam redigi ſoleant. *l.* 4. *ff. de Pign.*

III. *Ineunt hæc pacta*, qui dotem dant, promittunt, ſuſcipiunt, aut repetere poſſunt *d. l. un.* §. 1. *l. 6. C. de dotis promiſſ.* ita, ut muliere paciſcente nec Iure Saxon. Curatoris conſenſum adhiberi neceſſe ſit. CARPZOV. P. 2. *C.* 43. *d.* 9. niſi ab eadem dos æſtimata detur, cujus æſtimatio venditionem ſapiat *d. l. un.* §. 9. CARPZOV. *c. l.* aut mulier in minorennitate ſit *a. Rec. Imp. de Anno* 1548. *Tit.* von den Pupillen und Minderjährigen Kindern. *Concipiuntur* pacta dotalia *primario* de dote & donatione propter nuptias, *ſecundario* de iis, quæ doti affinia ſunt, e. g. Paraphernalibus & receptitiis. Is qui dat *dotem ab initio, dotis dandæ legem*, quam velit, etiam citra perſonam mulieris, *dicere poteſt*, non vero poſt datam dotem *l.* 7. *ff. h. l. un.* § 13. *C. de R. U. A.* & ſervanda eſt lex, quam quis, cum dotem daret, dixit *l.* 1. *C. de Pact. conv.* niſi bonis moribus repugnet *l.* 5. §. 1. *ff h.*

aut dotis cauſam deteriorem reddat *l*.4. *l*.14. *ff. h.* vel liberis, parentibus ſecundas nuptias contrahentibus, in legitima noceat, *a.l.* 19. *C. de donat. ante Nupt. j. l.*8. *C. de Inoff. teſt*, CARPZ. *P.* 2. *C.* 43. *d.* 18.

IV. Dividuntur *Pacta dotalia in ſimplicia & mixta; Simplicia* ſunt, quæ per modum contractus fiunt vel de parte, vel univerſitate bonorum diſponunt, tempore ſolutionis licet in diem mortis dilato CARPZOV. *d. l. d.* 1. *&* 6. *Mixta* dicuntur, quæ præter dotem dotique affinia de futura ſucceſſione per modum ultimæ voluntatis agunt. Simplicia duos, mixta vero quinque teſtes ad ſui validitatem requirunt, ſi fiant extrajudicialiter *l. f. C. de donat mort. Cauſ.* nam pacta tam per Conjuges quam eorum Parentes CARPZ. *d. Conſt.* 4. MOLL. *ad eand. n.* 4. etiam judici ſoli CARPZ. *part.* 3. *C.* 2. *d.* 7. judicialiter inſinuata teſtes nullos deſiderant; quia ſuperfluum eſt privatum teſtimonium cum publica monumenta adſunt *l.* 31. *C. de Donat. j. l.* 19. *C. de Teſtam. P.* 2. *Conſt.* 43. *El. ibique* CARPZOV. *d.* 3. Cæterum *pacta dotalia*, quæ *ſimplicia* vocantur, ſi quingentorum ſolidorum quantitatem tranſcendunt, judici *inſinuanda ſunt*, a parte viri, non mulieris, alias, quatenus utilitatem viri concernunt, nulla redduntur *N.* 117. *c.* 2. HAHN *ad* WESENB. *h. t. n.* 4. *verb. ſanc.*

V. *Pacta dotalia pariunt* obligationem, *& actionem;* & quidem uxori & per virilem

ſe-

ſexum aſcendentibus, ſive promiſſa ſive data ſit dos *v.* BACH. *V.* 1. *D.* 6. *th.* 2. *l. d.* tribuitur actio ex ſtipulatu, quandoquidem, etiamſi facta non ſit, re ipſa ſubſecuta eſſe ſtipulatio intelligitur *l. un. pr. &* §. 1. *C. d. R. U. A.* extraneis vero, quoties expreſſa ſtipulatio adjecta, actio ex ſtipulatu, *d. l. un.* §. 13. quoties adjecta non eſt, actio præſcriptis verbis *a. l. 6. C. de Iur. dot. j. l. un.* §. 13. *C. de R. U. A. competit.*

VI. *Tolluntur pacta dotalia* per modum contractus celebrata partis utriusque diſſenſu *a. l.* 58. *ff. de pact.* per modum ultimæ voluntatis condita alterius voluntate *a. l.* 4. *ff. de adim. vel transf. leg.* WISS. *ad ff. h. t. th.* 24. Utraque vero, nulla liberorum facta mentione, per liberos ſupervenientes *a. l.* 7. *ff. de bon. damnat. j. l.* 7. *de lib. vel poſth. her.* CARPZ. *ad d. Conſt.* 43. *d.* 13.

## *TIT. VI.*
## SOLUTO MATRIMONIO DOS QVEMADMODUM PETATUR.

L. 24. ff. t. 3.

Dotis dominium ſic transferri ſolet in maritum, ut ſit revocabile *l.* 9. *C. de R. V. l.* 30. *C. de Jure dot.* Qua igitur actione dos data ab ipſo repeti poſſit, hoc loco recenſendum eſt.

I. Ad repetendam dotem præcipue comparata eſt *Actio ex ſtipulatu* quæ eſt actio perſona-

ſonalis, rei perſecutoria, bonæ fidei *l. un.* §. 2. *C. d. R. V. A.* §. 29. *I. de Act.* daturque ſoluto matrimonio ei, qui jus repetendi dotem habet adverſus eum, qui dotem reddere tenetur ad hoc ut vel dotem ſalvam, vel ejus æſtimationem reſtituat.

II. *Naſcitur* hæc actio *e ſtipulatione vera vel ficta l un.* §. 13. & locum habet ſoluto matrimonio: nam eo conſtante dos uxori non debet refundi ſine legitima cauſa *l. un. C. ſi dos Conſt. mat. ſol.* qualis eſt e. g. inopia mariti v. *l.* 29. *C. de Jur. dot.* & neceſſitas alendi parentem *v. l.* 73. *§.* 1. *ff. de Jur. dot.* WISS. *h. t. th.* 16.

III. *Actionem hanc* ex ſtipulatu *inſtituit, qui jus repetendi dotem habet*, id quod pro caſuum diverſitate competit vel patri vel uxori ſoli, vel utrique vel extraneo, vel eorum heredibus. *Pater ſolus* repetit dotem profectitiam divortio, nulla rationabili cauſa exiſtente, ab uxore facto. *N.* 22. *c.* 19. item mortua in matrimonio filia, ſive hæc in poteſtate patris tempore mortis fuerit, ſive non *l.* 4. *C. de ſolut. mat. l.* 5. *ff. de divort. l.* 6. *ff. de Iur. dot. l.* 59. *ff. h. t.* nec intereſt, utrum liberi e filia ſuperſtites nec ne *a. l.* 48. *ff. h. l.* 12. *l.* 26. *ff. de Pact. dot.* quod poſterius quamvis Iuri Civili conveniat BACH. *V.* 2. *D.* 7. *th.* 11. *l. c.* uſu tamen fori contrarium eſſe receptum docent THESAURUS *Dec.* 190. OLDENDORP. *Claſſ.* 4. *act.* 26. *f.* MAGNIF. AUT. *S. I. C.*

*Ex.*

Ex. 30. *th.* 49. HAHN. ad WESENB. *h. t n.* 3. *Sola uxor* dotem repetit profectitiam, ſi vel emancipata eſt, vel pater deceſſit *a. l.* 17. *ff. de Evict. l. un* §. 11. *C. de R. V. A.* adventitiam vero, quando extraneus nec ſtipulationem nec pactum de reddenda dote interpoſuit *d. l. un.* §. 13 nulla diſtinctione adhibita, utrum morte, an vero divortio culpa mariti accidente ſolutum ſit matrimonium. Utrique i. e. *& patri & uxori* ejus filiæ jus repetendæ dotis datur, cum dos eſt profectitia, filiaque in poteſtate patris conſtituta *l.* 2. §. 1. *ff. h. j. l.* 28. *ff. de Jur. dot. Extraneus* (ſic vero appellatur omnis, qui non eſt parens virilis ſexus, & in poteſtate dotatam perſonam non habet *d. l. un* §. 13. *f*) actionem hanc ex ſtipulatu inſtituit, quando expreſſim ſibi dotem reddi eſt ſtipulatus *d.* §. Recenſitum *jus intentandi hanc actionem* jure hereditario *ad heredes tranſit. d. l.* §. 6. *j. l.* 29. *ff. d. O. & A.* præterquam quod eo caſu, quo & patri & filiæ jus repetendi dotem profectitiam competere dixi, Patre etiam poſt litem conteſtatam decedente, dos omnimodo ad mulierem pertinet *d. l. un.* §. 11. *&* 14. *C. de R. U. A.*

IV. *Conceditur actio ex ſtipulatu adverſus eum, qui dotem reſtituere tenetur*, videlicet *maritum*, qui ſui juris eſt, ſive ipſi, ſive alii ejus voluntate data ſit dos, item adverſus *ſocerum*, in cujus poteſtate maritus eſt, ſive

ſocero,

ſocero, ſive matito illius juſſu vel non juſſu ſoluta ſit, *l.* 22. §. 12. *ff. ſolut. matr.* nec non adverſus ſoceri maritique heredes *d.* §. 12, *l.* 46. *ff. h.* etiam fiſcum *l.* 2. *C. h.*

V. *Tendit hæc actio principaliter ad reſtitutionem dotis*, quando res dotales inæſtimatæ vel æſtimatæ tantum taxationis gratia translatæ ſunt *a. l.* 21. *C. de Iur. dot.* ad reſtitutionem æſtimationis vero, quoties æſtimatione venditionis ergo facta maritus pretii debitor effectus eſt *l.* 5. *C. eod. Minus principaliter* actione hac petitur a merito præſtatio doli, latæ, levis culpæ *l.* 17. *ff. de Iur. dot.* nec non *fructuum* pro rata communicatio *l.* 11. *ff.* 6. *Iure Saxon.* autem ſolus maritus percipit fructus, poſtquam agri culti raſtrisque ſubacti ſunt. Land-Recht, *l.* 3. *a.* 76. CARPZ. *p.* 3. *C.* 32. *d.* 6.

VI. *Effectus* hujus *actionis eſt reſtitutio dotis*, quæ in re immobili ſtatim, in re mobili intra annuum ſpatium fieri debet *l.* 1. §. 7. *C. d. R. U. A. Qui effectus* vel pro parte vel in ſolidum *impeditur*. *Pro parte* propter beneficium competentiæ perſonale, quod ob reverentiam marito tributum eſt, ita, ut huic renunciari non poſſit *l* 12. *l.* 13. *l.* 14. §. 1. *ff. h.* non vero illius heredibus *d. l.* 2. exceptis filiis *l.* 18. *cod.* Reſtitutio *in ſolidum* impeditur (1.) propter malitioſum uxoris divortium *l.* 38. *ff. h.* & adulterium *N.* 117. *c.* 8. (2.) Propter interitum rei dotalis venditionis gra-

tia

tia non æſtimatæ ſine culpa mariti accidentem. *l.* 24 *ff. h.* CARPZ. *P.* 2. *C.* 42. *d.* 19. 20. 21.

## TIT. VII.
## AD MUNICIPALEM ET DE INCOLIS.

I. Statu libertatis & familiæ perpenſo ad ſtatum Civitatis ducimur, cujus laudabiliter dirigendi ergo Ius municipale inventum *l.* 35. *ff. h.* & municipiis a Romanis non raro relictum eſt *vid. l.* 37. *ff. de reb. auct. jud.* WISS. *C. ad t. d. V. S. d.* 7. *th.* 10. id quod conſiſtit primo in perſonis *Tit.* 1. 2. 3. Secundo in Muneribus & honoribus obeundis *T.* 4. 5. 6. 7. Tertio in rebus & pecuniis municipalibus. *T.* 8. Quarto in decretis ab ordine faciendis *T.* 9. Quinto in operibus publ. *T.* 10. Sexto in Iure Nundinarum. *T.* 11. & cenſuum *T.* 15. AdL. 1. Tit. 13. aph. 1.

I. Perſonæ de quibus jus municipale disponit, ſunt vel privatæ, ut municipes & incolæ, vel publicæ ut decuriones, de illis hoc t. 1. agitur, de his tit. ſeq. *Municipes* aut cives apellantur perſonæ, quæ in municipiis jus Civitatis habent ac ſuffragiorum, honorum & onerum ſunt participes *v. l.* 1. §. 1. *ff. h.* MAGNIF. AUT. *S. I. C. Ex.* 50. *th.* 48.

II. Cum vero *jus municipii* vel *per originem* vel *per aſſumtionem* quæratur, nata inde eſt municipum in *originarios & voluntarios* diſtinctio. *Originarii* ſunt vel *vere* per Nativitatem,

tem, vel *ficte* per manumiſſionem aut adoptionem tales *l.* 1. *pr. ff. h.*

III. *Navitas* filium facit municipem illius Civitatatis, cujus municeps Pater eſt *l.* 1. §. 2. *ff. h.* Is vero qui ex vico ortus eſt, eam Patriam intelligitur habere, cui Reipublicæ vicus ille reſpondet *l.* 30. *ff. h. v.* CARPZ. *P.* 2. *C.* 5. *d.* 1. *n.* 6. 7. Matris municipium non ſequitur filius, niſi vel ſpurius ſit, vel hoc Privilegium certæ civitati conceſſum fuerit *d. l.* etiamſi caſu alibi edatur partus *l.* 3. *C. de Municip.* Hoc *domicilium nativitatis* Jure Civili mutari non poteſt *l.* 6. *ff. h. l.* 4. *C. eod.* poteſt quoad effectus civiles *v. l.* 31. *ff. d. R. I. mutari moribus* GAIL. *l.* 2. *obſ.* 36. *n.* 5. *ſeqq.* HAHN. *h. num.* 4. FRANZ. *l.* 1. *Reſ.* 16. *num.* 44. CARPZ. *Proc. T.* 3. *art.* 1. *num.* 7. *ſeqq.* LAUTERB. *V.* 2. *D.* 6. *de domicilio c.* 1. *th.* 14. *Manumiſſio* jus municipii tribuit liberto in loco uno vel pluribus, ubi illud Patronus habet *l.* 22. *l.* 27 *ff. h.* *Adoptio* jus municipii Patris adoptivi filio adoptivo largitur, ita tamen, ut cum jure municipii, quod ipſe a Patre naturali habet, cumuletur. *l.* 15. § *f. l.* 17. § 9. *ff. h.*

IV. *Municipes Voluntarii fiunt per allectionem ſ. aſſumtionem. Allectio* eſt ejus qui Civis non erat, in numerum civium receptio. *Jus recipiendi* Civem *Senatui Civitatis* tributum eſt v. Er. L. Gebr. *d. A.* 1609. *tit.* In *Juſt.* Sachen §. Ebenermaſſen; debet autem

in

in aſſumtione fieri I. *in Conditionem* recipiendi *inquiſitio*. Nam jure Civitatis donari non ſolent Hæretici *a. l.* 4. C. *de Hæret.* infames, banniti, Iudæi, Cives & ſubditi alieni. *A. B. c.* 16. incertæ originis (unde origo per literas natalitias probari ſolet) homines, lenones, uſurarii, circulatores, &c. MAGNIF. AUT. *S. I. C. h. th.* 50. HAHN. ad WES. *h. II. Certæ pecuniæ ſolutio*, quæ vocatur das Bürger-Geld, cujus quantitas plerumque arbitrio Senatus relicta eſt. III. *Iuramenti* de obſequio & fidelitate *præſtatio*, quæ, licet regulariter ſolennis ſit, loco ejusd. tamen in perſonis certis honoratis & Clericis alicubi recepta eſt ſtipulata manu facta promiſſio, ut teſtatur de Civitate Miſnenſi Er. d. L. Geb. de A. 53. 57. §. 107. IV. *Receptio in matriculam v. cit. Dd.*

V. *Incola*, Einwohner *eſt*, qui in aliqua Civitate domicilium conſtituit, atque ad munera publica ſuſtinenda obſtrictus eſt, Jure Civitatis non impetrato *l.* 22. §. 2. *l.* 29. *ff. h. l.* 5. C. *de Incol.* Hic a municipe plurimum differt, & non niſi in gradu remiſſiori civis appellari poteſt, quia ſuffragiorum & honorum incapax eſt. *l.* 3. C. *de Incol. l.* 7. C. *eod.* v. ECK C. *ff h. t.* §. 8. *Conſtituitur domicilium* animi deſtinatione, cum facto habitationis conjuncta *l.* 20. *ff. ad Munic. l.* 2. *l.* 7. C. *de Incol.* idque in duobus locis nonnunquam haberi poteſt *l.* 27. §. 2. *ff. h. l.* 5. *ff. eod.*

*Conſtituunt domicilium* rationis uſu non deſtituti ſeu Pater, ſeu Filiusfamilias *l.* 3. *l.* 4. *ff. h. v. plur.* MAGN. AUCT. *Juriſpr. l.* 4. *t.* 5. *aph.* 3.

VI. *Cives & incolæ* (1.) *obligantur* Domino territoriali, in cujus territorio jus Civitatis impetrant aut domicilium conſtituunt, ad fidelitatem, obedientiam & ſubjectionem præſtandam (2.) Magiſtratibus loci inferioribus ad reverentiam & obſequium, pro jurisdictionis conceſſæ modo exhibendum. (3.) Munera civilia ferre tenentur *l.* 29. *l.* 21. §. 2. *ff. h.* (4) Coram Magiſtratibus municipalibus in cauſis ad eorundem Jurisdictionem pertinentibus conveniri poſſunt. *l.* 29. *ff. h.* Pro oneribus *fruuntur* etiam *emolumentis* civitati communibus ex Jure Commerciorum, foro, balneo, ſpectaculis, &c. *l.* 27. §. 1. *ff. h* Quanquam *diverſa in eo Civium & incolarum ſit conditio*, quod incolæ ad honores & ſimilia non adhibeantur, item Jura commerciorum, paſcuorum &c. (v. Er. L. Geb. d. An. 1612. t. Von Iuſt. Sachen §. 31.) plerumque vel denegata vel anguſtis limitibus circumſcripta habeant, quibus jus civitatis nacti multo liberius utuntur. *Conf.* LAUTERB. *d. V.* 2. *D.* 6. *c.* 8. *th.* 54. 55. *ſeqq.*

VII. *Ius municipii vi adoptionis* quæſitum per emancipationem *exſtinguitur l.* 16. *ff. h.* Illud vero, quod *Nativitate vel aſſumtione* acquiſitum eſt, item *Jus incolatus*, renunciatio-

ne

ne bona fide facta *l.* 34. *ff. h.* vel *expreſſa vel tacita*, ut actuali voluntatis & habitationis mutatione, tollitur, dummodo habitationis mutatio fiat *legitime* ſecundum ſtatuta Civitatis: ubi enim *Cenſus emigrationis* Nachſteur, Abzug, Abfahrt, Abſchoß, receptus eſt, ibi iſte in Civitate, quæ deſeritur, pro quantitate ſtatuto vel moribus definita, ſolvendus eſt GAIL. *l.* 2. *O.* 36. *n.* 9. Item quoties emigratio ſtatuto expreſſo prohibita eſt, renunciatio regulariter nullum habet effectum *v.* MEV. *ad Jus Lubec. l.* 1. *t.* 2. *art.* 2. *n.* 70. In dubio tamen ſtatutum ita interpretandum eſt, ne facultas Juri Civitatis renunciandi ademta cenſeatur *a. l.* 71. §. 2. *ff. de Cond. & dem.* HAHN. ad WESENB. *h.*

## DE COLLEGIIS ET CORPORIBUS.

### L. 47 ff. t. 22.

Hactenus conſiderati ſunt municipes ſimpliciter, jam ſpectandi veniunt, quatenus vel ſunt in Collegio vel extra Collegium.

VIII. *Collegium* eſt plurium perſonarum ejusdem poteſtatis & muneris rerumque ad id pertinentium ſocietas, Principis autoritate firmata *l.* 1. *ff. de Coll. & Corp. j. l.* 85. *ff. de V. S.* ubi WISS. Dividuntur *Collegia in licita & illicita. Licita* ſunt, quæ autoritate Principis

ſunt confirmata *l.* 1. *ff. h.* Magiſtratus inferior enim jus confirmandi non habet HAHN. ad WESENB. *h. t. verb. poſtea. Illicita*, quæ non confirmata *l.* 1. *ff. h. l.* 8. *C. de Hered. Inſt.* De licitis loquitur definitio tradita, eaque ad ſui conſtitutionem tres ad minimum perſonas requirunt. *l.* 85. *ff. de V. S. v.* ANT. MATTH. *de Crimin. l.* 47. *t.* 15. *n.* 12. ad conſervationem una perſona ſufficit *l.* 7. §. 2. *ff. Quod cuj. univ.* CARPZ. *P.* 2. *C.* 6. *d.* 17. *n.* 4.

IX. Permiſſum eſt Collegiis licitis pactionem, quam velint, ſibi ferre, dum ne quid ex publica lege corrumpant *l. f. ff. h.* Hodie *ſtatuta Collegiorum* confirmanda ſunt a Principe *v.* WEHNER. *Obſerv. pract. v.* Zunfft Innungen, Gilden-Meiſter. Solet autem Magiſtris Collegiorum, den Zunfft-Meiſtern, ſtatutis certa Iurisdictio concedi, qua in rebus ad Collegium pertinentibus utantur CARPZ. *P.* 2. *Conſt.* 6. *d.* 9. quæ tamen ad alias cauſas aut delicta publica extendenda non eſt. id. *d.* 10. & *Dec.* 285.

X. Collegium illicitum conſtituentes incidunt in pœnam arbitrariam, aliquando imperatur nuda diſſolutio, conceſſa pecuniæ communis partitione *l.* 3. *ff. h.* quando Criminis publici rei fiant, *v. l.* 2. *ff. h.* & *ap.* ANT. MATTH. *de Crim. l.* 47. *t.* 15. *c.* 2.

TIT.

## *T I T. VIII.*

DE

# DECURIONIBUS ET FILIIS EORUM.

L. 50. ff. t. 2.

Juris Municipalis Cap. primum perſonas conſiderabat, easque vel privatas vel publicas, de Privatis actum eſt progrediendum igitur ad publicas, quæ ſunt Decuriones.

I. Sunt autem decuriones Perſonæ, quæ in municipiis conſilio publico vacant, quaſi Curiæ ſuæ Senatores *a. l.* 33. *l.* 41. C. *de decur.* E Decurionum numero legi ſolebant Dum-Viri, Conſulum perſonam referentes & defenſores Civitatum, Tribunis plebis ſimiles. *v.* HILL. ad DON. *l.* 2. *c.* 21. *l. c.*

II. Decurionum alii *fiunt Nativitate l.* 31. *C. h.* alii *Electione.* Eligi poſſunt Filiifamilias *l.* 5. *C. h.* etiam ſpurii & inceſtuoſi vitæ honeſtæ, ita tamen, ut his Competitor legitime natus præferatur *l.* 3. *§.* 2. *l. 6. ff. h.* item illiterati *l. 6. C. h. non* v. minores viginti quinque annis, niſi ex juſta cauſa, qui electi ſuffragium in Curia non ferunt. *l.* 8. *ff. de Mun. l. 6. §.* 1. *ff h.* neque relegati *l.* 15. *ff. ad munic,* aut Criminum Capitalium rei *l.* 17. §. 12. *ff. eod.*

III. *Decurionum munus eſt* Rempubl. adminiſtrare *l.* 8. *ff. de muner.* præcepta Præſidum exequi *l.* 47. C. *h.* pecuniam publicam

tractare *l.* 2. §. 1. *ff. ad Munic.* exigere tributa *l.* 17. §. 7. *ff. eod.* Ad hunc decurionatum cives etiam inviti olim magno cum rigore compellebantur *l.* 51. *C. h. l. un.* C. *ſi Curial. rel. civ. l.* 1. *ff. h. Hodie* cum detrectatoribus Magiſtratuum & ſenatoriæ dignitatis mitius agi ſolet, jam pœna amittendæ habitationis in Urbe, jam carceris, jam pecuniaria dictata *v.* HAHN. ad WESENB. *h. t. n.* 2.

IV. *Decuriones* propter *privilegium* conceſſum torturæ non ſubjiciuntur, fuſtibus non caſtigantur, in metallum non damnantur, quod jus etiam ad filios tranſit, idemque in eo, qui deſiit eſſe decurio, obtinet. *l. f. l.* 2. §. 2. *ff. h.* Id quod *hodie* ad Magiſtratus, qui legitime depoſuerunt dignitatem, applicant, his enim ordinem immunitatemque conſervari volunt *Dd. l. in d. l. ff.* Præterea facultatibus lapſi decuriones e publico aluntur *l.* 8. *ff. eod.*

V. *Ab his Decurionibus* frequens ducitur *argumentum* ad Magiſtratus & *ſenatores Civitatum Provincialium* Rath-Männer oder Raths-Herrn, modo nulla diverſitatis ratio appareat. Senatores autem Civitatum vel Imperialium vel ampliſſime privilegiatarum longe potioris ſunt conditionis. Sed liceat, tilitate ſumma monente, potiora, quæ circa Magiſtratus municipalis Conditionem & privilegia hodie obſervari ſolent, inprimis e prælaudato HAHN. ad WESENB. *h. t. n.* 5. referre.

ferre. Ubi præſupponitur Magiſtratum hunc inferiorem ſecundum formam receptam homagium præſtitiſſe domino territorii ſuſceptum ab eod. Regimine *v. c.* 13. *X. de Maj. & obed.* Civitatisque jura a Domino territoriali eſſe confirmata. Quo præmiſſo plerumque Civitates habent Jura ſequentia, & quidem circa res humani juris (1.) jus exigendi juramentum obſequii a Civibus: formulam Lipſiæ uſitatam v. apud. ZIEGL. *d. Iur. Maj. l.* 1. C. 29. *th.* 15. (2.) Jus mixtum Imperium exercendi *a. l.* 26. *ff. ad Munic. j. l. f. de Off. ej. cui mand. v.* ZIEGL. ad LANCELL. *l.* 3. *t.* 1. §. 10. *verb. vel ſuperioris.* (3.) Jus braxandi *v. l.* 3. C. *de Commerc. & merc.* adeo, ut ſingulis Civitatibus Jure Saxon. fundatum de Jure privilegium competere, ne infra milliare circumcirca vinum vel cereviſia extranea venalis habeantur, & ne fiant hujusmodi decoctiones, afferat ZIEGL. *de iur. Mai. l.* I. *c.* 43. *th.* 8. (4.) Aſſervationem armorum ad defendendos limites, Freyſchieſſen. Conf. ZIEGL. *d. Tr. l.* 1. C. 33. *Th.* 32. (5.) Jus metata & in hoſpitationes diſtribuendi *l.* 3. C. *metat.* (6.) Jus tacitæ hypothecæ in bonis admiſtratorum *l. f.* C. *Quo quisque Ord.* BERLICH. *P.* 1. *Concl.* 67. *n.* 41. *& ſeq.* (7.) Jus archivi *N.* 15. *c.* 5. & actorum conficiendorum *l. f. de Magiſt. munic.* quo refertur jus atteſtandi de actibus voluntariæ Jurisdictionis *l.* 31. C. *de donat.* (8.) Jus indicendi collectas forenſes

Standt-oder Marck-Geld, quia forum eſt univerſitatis it. colligendi diſtribuendique collectas & acciſas (9) Jus Sigillorum, (10.) Jus ſervandi claves portarum, (11.) Jus dandi Tutores, quod Jure Civ. ſub diſtinctione competebat *§. 1. I. de Attil. Tut. ubi* VINN. Iure moderno indiſtincte conceſſum eſt *Receſſ. Imp. de An.* 1577. *rubr.* Von Pupillen und Minderjährigen SCHULZ. *Syn. Inſt. Imp. t. de Attil. Tut. lit. a.* (12.) *Ius* prælationis inter chirographarios ratione Crediti *l.* 38. *§.* 1. *ff. de reb. auct. jud. poſſ.* ratione tributi in prima Claſſe collocantur. CARPZOV. *P.* 1. *C.* 28. *d.* 47. *j.* RICHTER *de Iure & Priv. Cred. c.* 2. *membr.* 5. *n.* 1. BERL. *P.* 1. *Concl.* 64. *n.* 164. (13.) Ius mittendi deputatos, BRAUTL. *Epit. Iuriſpr. publ. l.* 4. *c.* 3. *n.* 6. de Iure Civ. *vid. l.* 1. 4. §. 5. *ff. de legat.* Civitates liberæ legatos mittunt BRAUTL. *c. l.* (14.) Ius tuendi & Curandi, non inſtituendi Collegia *l.* 1. *ff. Quod cujusque univerſ.* (15.) Jus creandi Magiſtratum e ſuo corpore, aliquando illimitatum, aliquando limitatum, (16.) Immunitatem a ſervitiis, von den Frohn-Dienſten, (17.) Jus habendi inſpiciendique pondera & menſuras, *l.* 9. *C. de Defenſ. Civ. j. l.* 9. *C. de ſuſceptoribus. l.* 10. ZIEGL. *d. Tr. l.* 1. *c.* 45. *th.* 12. (18.) Jus habendi arcam communem *l.* 1. §. 1. *ff. Quod cujusque univ.* Circa res divini juris habent Magiſtratus municipales plerumque (1.) Jus exigendi impenſas ad

ad reſtaurationem Templorum & conſtituendi Proviſores, (2.) Jus erigendi Scholas, ſalvo tamen Epiſcopali Jure. *v.* ZIEGL. *d. Tr. l.* 1. *c.* 23. *th.* 3. (3.) Jus pro mendicis colligendi eleemoſynas, quas etiam ob neceſſitatem Reipubl. certo modo imperari poſſe tradit. FRANZ. *l.* 2. *Reſp.* 7. *n.* 28.

## DE
## ALBO SCRIBENDO.
### L. 50. ff. t. 3.

VI. Decurionum nomina in albo ſ. tabula olim ſcribebantur eo ordine, quo Lex municipalis præcipiebat. Lege ceſſante habebatur dignitatis ratio, in quo major minori & inter pares antiquiſſimus præferebatur. Nullo ordine functi locabantur prout quisque eorum in ordinem venerat. Idem ordo in ſententiis ferendis ſpectabatur *l.* 1. *pr. &* §. 1. *ff. h. Hodie* totum *regimen Senatorium in Conſules & Senatores in ſpecie diſtinguitur.* Conſulum numerus pro amplitudine & more Civitatis plerumque binarius vel ternarius vel quaternarius eſt, e quibus præfertur Regens ſ. verbipotens der regierende oder Worthabende Bürgermeiſter, qui conſultanda proponit, vota colligit, decreta publicat &c. Adminiſtratio Reipub. ſuprema & inſpectio ad Conſules pertinet, reliquis functionibus ordini Senatorum relictis, e quibus vel ſe-

niores vel ratione officii potiores alios antecedunt. Diſtinguuntur autem a diverſis, quibus præſunt, officiis, hinc alii ſunt Richt-Herren, alii Schloß-Herren, alii Steuer-Herren *v.* HAHN. ad WESENB. *h. t.* Et hæc & ſpecialiora e facie cujuslibet Reipubl. colligenda ſunt.

# DE SENATORIBVS.

## L. 1. ff. t. 9.

De Senatorum Ordine in municipiis hactenus. Reſtat ut Senatores Romanos non relinquamus intactos.

VII. Senatoris nomen eſt nomen Ordinis, qui Equeſtri & Plebejo ſolet opponi. *a. l.* 10. C. *de Nupt.* HILDEBRAND *in Antiq. Rom. Verb. Ordo.* Hoc ſenſu Senator dici poteſt, qui legitime ab eo, qui jus legendi habebat, ad ſummum ordinem evectus eſt conſilii publici gratia. Succeſſu temporis autem ſenatoria dignitas etiam ſine lectione parata & e poteſtate ſententiam dicendi in ſenatu æſtimata eſt. *l. f. §. f ff. h. j. N. 62.* quod pluribus tradit FRANTZ. C. *ff. h. t. n.* 13. *ſeqq.*

VIII. Senatorii ordinis *dignitas* erat ampliſſima, quæ *per maritos ad uxores tranſibat l.* 8. *ff. h.* GAIL. *d. Pac. Publ. l.* 1, *c.* 6. *n.* 11, maritisque vita functis apud viduas permanebat, usque dum aliis nuberent viris *l. f. ff. h.*

*l.* 10.

*l.* 10. C. de nupt. unde uxores *hodieque beneficiis dignitati maritorum, non officio, adhærentibus gaudent.* e. g. Miniſtri Eccleſiæ vidua dignitate mariti, qui mortuus eſt, fruitur, non vero jure petit gratuitam in domo Eccleſiaſtica habitationem, quæ marito defunčto intuitu officii conceſſa erat, CARPZ. P. 4. C. 31. *d.* 11.

XI. *Liberi Senatorum Patris dignitate coruſcabant,* etiamſi eſſent, Parente nondum in Senatoria dignitate conſtituto, nati. *l.* 5. *ff. h.* quod *hodie* ad *liberos Nobilitatorum* ante nobilitatem quæſitam natos; item *liberos a Magiſtro, opifice,* Meiſter-Kinder, antequam Pater fieret Magiſter, procreatos, applicant, HAHN. ad WESENB *h. t. verb. Liberis.* CARPZ. *P.* 2. C. 10. *d.* 32. *Dignitatem* hanc *liberi non amittebant Patre ſenatu moto,* dummodo ante amiſſam dignitatem concepti eſſent. *l.* 7. §. 1. *ff. h. t.* atque ita ſtatutis Collegii gaudent Opificum aut Mercatorum liberi, licet pater indignum ſe Collegio reddiderit. CARPZ. *Dec.* 298. Senatores Romani *Senatu movebantur ob turpitudinem l.* 2. *ff. h.* proinde nec *hodie* injuſtum cenſebitur Senatu quenquam ob ſtuprum vel fornicationem moveri. CARPZ. *P.* 1. *Dec.* 17.

## *TIT. IX.*
### DE
### MUNERIBUS ET HONORIBUS.
L. 50. ff. t. 4.

Juris Municipalis Cap. II. eſt de Muneribus & honoribus.

I. *Munus* h. l. eſt adminiſtratio Reipubl. ſine dignitatis gradu. *l.* 14. §. 1. *ff. h.* WISS. *ad* π. *h. t. th.* 16. idque *diſtinguitur* in *Perſonale, Patrimoniale & mixtum l.* 18. *pr. ff. h.* Munus *perſonale eſt*, quod animi proviſione & corporalis laboris intentione ſine aliquo gerentis detrimento expeditur *l.* 1. §. 3. *l.* 18. §. 1. *ff. h.* & quia vel directo vel demum per conſequentiam publicam utilitatem reſpicit, in *privatum & publicum* diſpeſcitur. *Publicum* eſt, quod directo ob utilitatem publicam injungitur *d. l.* 14. §. 1. ut Quæſtura in Civitate *l.* 18. §. 2. *ff. h. Privatum*, quod directo ad utilitatem privatam imponitur, ut Tutela, Cura. *d. l.* 18. § 1. *j. l.* 1. § *f. ff. eod.* Præterea diſtinguitur Munus *perſonale in præſtans & ſordidum. a. l.* 7. *C. de S. S. Eccl. l.* 12. *C. de Excuſ. mun. Præſtans eſt*, quod magis animi, quam corporis miniſterio perficitur *l.* 18. *ff.* 2. *ff. h.* e. g. Kalendarii curatio. *Sordidum* eſt, quod magis corporis quam animi labore expeditur e. g. Excubias agere.

II. Munus *Patrimoniale* eſt, quod ſumtibus

bus patrimonii & damnis adminiſtrantis expeditur. *l.* 18. *§.* 18. *l.* 1. §. 3. *ff. h.* idque *eſt vel mere, vel quodammodo reale. Mere reale*, quod ſimpliciter rebus imponitur, nullo ad perſonas habito reſpectu, e. g. viarum munitio *l.* 14. §. 2. *ff h. t. Quodammodo reale* eſt, quod perſonis propter res indicitur *l. 6. §. f. ff. h. l.* 18. §. 12. *ff. h.* ut collectæ v. BRUNNEM. *Repet.* WES. *h. t. q.* 7. deinde Munus *Patrimoniale* dividitur in *ordinarium & extraordinarium. a. l. f. C. de Mun. Patrim. Ordinarium* eſt, quod a lege propter utilitatem vel neceſſitatem ordinariam indicitur. *Extraordinarium* vero, quod per Magiſtratum ex improviſo propter utilitatem, vel neceſſitatem extraordinariam injungitur *l.* 8. §. 3. *ff. de Vacat. & excuſ. mun. l.* 1. C. *eod. v.* FRANZ. *l.* 1. *R.* 20. *n.* 29.

III. *Munus mixtum eſt*, quod & perſonali opera & patrimonii ſumtibus præſtatur. *l.* 18. §. 26. *ff. h. e. g.* Exactio tributorum *d.* §.

IV. *Munera perſonalia* etiam *a Magiſtratu inferiore imponuntur v. l. 6. §. 2. ff. d. Tutel. l. 9. ff. de Vacat. vel. exc.* Munera *patrimonialia* vero ab eo, qui Majeſtatis jure gaudet *v. l.* 8. *C. de Excuſ. mun. l. un. C. de Superindict.* item a Principibus Jure ſuperioritatis territorialis, *non* vero *a Magiſtratibus inferioribus*, niſi vel ſumma neceſſitas hoc exigat vel ſingulorum conſenſus id approbet. *v.* ZIEGL. *de Jure Maj. l.* 1. *c.* 2. *th.* 17. 10. ECK. *h. t.* §. 11.

V.

V. *Munera perſonalia* non niſi *civibus & incolis* regulariter *imponuntur. l.* 3. *C. de incol. l.* 1. §. *f. ff. de Tut. & Cur. dat* FRANZ. *l.* 1. *Reſ.* 17. *num.* 5. Munera *patrimonialia* mere realia etiam forenſes onerant *l.* 18. §. 22. *l.* 12. *ff. h. l.* 6. §. 4. *l.* 5. *ff. h.* quodammodo realia tantum municipes & incolas *l.* 6. §. 5. *ff. h.* niſi conſuetudine aliud receptum ſit. *v.* GAIL. *l.* 2. *Obſ.* 63. *n.* 12. & *Obſ præc.*

VI. *Defertur* Munus *ſecundum proportionem Geometricam l.* 14. §. 3. *ff. h.* quod quomodo defendi poſſit, noviſſime tradit ZIEGL. *de Jur. Maj l.* 2. *c.* 3. *th.* 24. *ſeqq.* pro eodem vero pecuniæ præſtatio regulariter non admittitur. *l.* 16. *pr.* & §. 1. *ff. h. j.* MAGNIF. AUT. *h. t. th.* 69.

VII. *Honor eſt* adminiſtratio Reipubl. cum dignitatis gradu *l.* 14. *pr. ff. h.* In honores diſtribuendo Geometrica proportio attendenda eſt. *d. l.* §. 3. æqualitatis ſervandæ gratia *l. f. C. Quemadm. Civ. mun. ind.* Deferendi ſunt honores gradatim. *l.* 1. *ff. h.* niſi aliud ſit cautum lege municipali, quæ ſub conditione, ſi perſonæ ſunt idoneæ, intelligenda eſt, *d. l.* §. 1. Rationis autem non eſt, ut majoribus honoribus functi ad minores devocentur *l.* 2. *C. Quemad. Civ. mun.*

## *TIT.* X.
## DE VACATIONE ET EXCUSATIONE MUNERUM.

L. 50. ff. t. 5.

DE

## TIT. XI.
## DE JURE IMMUNITATIS.
*t. 6. d. lib.*

Civis excuſare ſe poteſt a munere, quod defertur, ſi vacationem vel immunitatem habeat. Quæ verba, vacatio & immunitas, cum ſynonymice adhibeantur a Calliſtrato in *l.* 5. §. 1. 7. *ff. de Jure immun.* titulos hos conjungere placuit.

I. *Excuſatio* in actu ſpectata eſt allegatio juſtæ cauſæ ob quam a civili quis munere liberetur. *a. l.* 1. *pr. &* §. *f. ff. de vacat. vel excuſat.* hæc ob vacationem aut immunitatem locum habet, & ſtatim alleganda eſt *l.* 13. §. *f. ff. eod. l.* 18. *ff. d. V. S.* Alias vacationem in ſpecie dicitur habere is, cui certum tempus quietis cauſa ob honorem aut munus publicum, quod geſſit, conceſſum eſt, ut negotia propria curare poſſit e. g. is, qui Reipubl. cauſa abfuit, reverſus habet a novis tutelis anni vacationem §. 2. *I. de Excuſat. Tut. j. l.* 4. *ff. de vacat. vel exc.* HAHN. ad WESENB. *h. t. n.* 2. Eſt igitur *immunitas* ſpecialiter accepta *perpetua*: *Vacatio* autem *temporalis* *l.* 1. *l.* 5. §. 1. *ff. h. l.* 12. *ff. de vacat.*

II. *Acquiri poteſt immunitas* (1.) Principis imponentis *privilegio* ſpeciali *l.* 11. *ff. de vacat.* a muneribus perſonalibus, patrimonialibus & mixtis. *a. l. un. C. de his qui a Princ. vac. accep. j. l.* 35. *ff. de R. J.* dummodo privilegium ſit juſtum, i. e. in aliorum civium iniquum

quum non vergat præjudicium ZIEGL. *de Iure Maj. l.* 2. *c.* 2. *th* 43. *j. tn.* HAHN. ad WES. *tit. de Iure immun.* Non civitatis municipalis indultu, niſi vel qualitas muneris id permittat, vel civitati ut toti aggregato impoſitum ſit a Principe munus ZIEGL. *c.l th* 60. vel ex amplitudine Privilegiorum hæc poteſtas promanet. *v. l.* 1. C. *de decret. decur. ſup. immu, l.* 1. C. *de Oper. publ.* (2.) Acquiritur immunitas *conſuetudine a. l.* 1. C. *d. Exc. & translat. mil. ann.* (3.) *Pacto* cum imponente compenſativo, (4.) *Præſcriptione* immemoriali *a. l.* 7. C. *de Fund. rei priv. L. XI. v.* ZIEGL. *c. l. th.* 52. HAHN. ad WES. *b.*

III. Data eſt aliis a Perſonalibus, aliis a patrimonialibus muneribus immunitas. *Immunitas* autem *a muneribus perſonalibus competit* aut ob conditionem perſonarum, aut legis conceſſionem. *Ob conditionem perſonarum* tribuit immunitatem (1.) *Ætas* non tantum *ſenilis*, propter ſenectutis venerationem *l.* 3. *l.* 5. *ff. de Iure imm.* in decurionatu autem annus LV. *l.* 11. *de Decur.* in aliis muneribus LXX. determinatus eſt, *l.* 2. §. 1. *ff. de vacat.* (quod non obtinet in honoribus *d. l.*) ſed etiam *minorennis*, id quod in honore deferendo quoque attenditur. *l.* 8. *ff. de muner.* (2.) *Sexus* in fœminis *l.* 3. *ff.* §. 3. *eod.* niſi qualitas muneris ſit talis, ut illius is ſexus ſit capax *l. un.* C. *de mul. in quo loc. l.* 5. C. *de his qui num. lib.* (3.) *Morbus*, qui hominem muneri perferendo red-

reddit imparem *l.* 2. 7. *ff. de Vacat. c.* 1. *C. Qui morbo ſe exc.* (4.) *Dignitas*: nam honorem ſuſtinenti munus imponi non poteſt, *l.* 10. *ff. de Muner.*

IV. *Ob legis conceſſionem* immunitate a muneribus perſonalibus nonnulli fruuntur juſta ex cauſa *l.un.C. de his,qui a Princ. vac.* & quidem (1.) *Clerici l.* 2. *l* 6. *C. de Epiſc. & Cler.* CARPZ. *Jurispr. Conſiſt l.* 2. *t* 19. *d.* 308. *n.* 2. idem de Conjuge liberisque clericorum ſentiendum *d. l.* 2. § *f.* (2.) *Profeſſores* cujuslibet Facultatis & *Doctores* Legum cum Uxoribus & filiis. *l.* 6. *C. de Prof. & Med.* (3.) *Senatores l.* 4. *C. de dignit.* Aliique in maximo dignitatis culmine conſtituti *v.l.* 12. *C de Excuſ. mun.* (4.) *Milites* actu militantes *l.* 3. §. 1. *ff de mun. & veteran. l.* 7. *ff. d. vac. & exc. l.* 5. *ff. d. veteran.* (5.) *Parentes quinque liberorum l.* 3. § 6. *l.* 4. *ff. de mun.* quod ad honores non pertinet. *l.* 2. §. 1 *ff. de vacat vel exc.*

V. *A muneribus Patrimonialibus* regulariter nulla immunitas eſt. *l.* 10. *ff. de vacat. Sunt* vero per exceptionem *immunes* (1.) *Clerici in bonis Eccleſiæ* quæ poſſident, ut domibus parochialibus &c. *a. l.* 1. *C. de Epiſc. & Cler. c.* 1. *X. de immun Eccl. c.* 1. *X. de Cenſ. & exact.* CARPZ. *dict. d* 4. 308. *ubi præjud.* non in propriis ZIEG. *de Iure Maj l.* 2. *C.* 2. *th.* 20. 21. *ubi præjud. j. l.* 7. *C. de SS. Eccleſ.* (2.) *Milites & veterani* a certis *l.* 18. §. 29. *ff. de mun. & hon. l.* 10. §. 2. *ff. de Vac. vel. exc.* non tamen omnibus *l.* 11. *ff. eod. l.* 18. §. 23. 24. *eod. l* 7.

D *ff. de-*

*ff. de vac. v.* ZIEGL. *d. Tr. th.* 41 Non ſunt immunes parentes, ſive duodecim ſive ſedecim liberos habeant. *l.* 5. *C. d. mun. Patr. l* 6. §. 4. *ff. de mun.* ZIEGL. *d. Tr. l.* 2. *c.* 2. *th.* 42. ubi non aliud uſu obſervatum eſſe meminit. (3.) *Profeſſores* omnes & *Doctores* Legum a munere hoſpitum recipiendorum *l. f. §. f. ff. de mun. l.* 6. *C. d. Prof. & Med. l* 3. *l.* 6. *C. de Mun. patrim.* Angariarum præſtatio etiam liberalium Artium Profeſſoribus remiſſa eſt *l.* 10. § 2 *ff. de vac. j. l.* 11. C. *de Prof. & Med. Hodie* Profeſſores plerumque Univerſitatis ædificia a tributis immunia inhabitant, propria vero ſibi comparantes inſtar Clericorum immunitatem non habere videntur, licet ea, præter hos etiam Doctores diligenter docentes, ex æquitate donandi ſint ſecundum ZIEGL. *c. l. th.* 38 *ſeqq* (4) *Inopes* quatenus tales, onera patrimonii ipſa non habendi neceſſitate non ſuſtinent *l* 4 §. 2. *ff. de Mun. & hon. l.* 10 § 3 *ff. de vac. & exc* (5.) *Vaſalli*, quia ſervitia feudorum nomine præſtant· CARPZOV· *l.* 4. *R.* 71· *j.* Er. L. Gebr. *d. An.* 1661· Kammer⸗und Rent⸗Sachen, §. 4.

VI. *Tribuitur immunitas vel perſonis vel rebus Perſonis vel veris vel fictis* Perſonis veris conceſſa cum iisdem perit *l* 1· § 1· *ff. de Jur· imm. j. l.* 67· *ff. d. R. J.* niſi conceſſa ſit eo jure, ut ad poſteros transmitteretur, quo caſu in perpetuum durat *l. ff. eod.* ad eos tamen, qui ex fœminis nati ſunt, non pertinet· *l.* 1· *§. f. ff. eod.* Perſonis fictis, e gr· Collegiis, datæ immuni-

immunitates perpetuæ ſunt. *a. l. 6. ff. d. Ann. leg & fideicom. j. l. 7. §. f. ff. Quod cujusque univerſ. Rebus* indulta immunitas nunquam extinguitur *l. 3. §. 1. ff. de Cenſ.*

VII Denique qualescunque conceſſæ ſint *immunitates ab oneribus extraordinariis*, quæ neceſſitate Reipublicæ ſingulari urgente indicuntur, *non excuſant. l. 1. C. de quib. mun. l. 1. C. ut nem. lic. in emt.* CARPZ. *l. 4. Reſp. 75.* niſi conceſſione immunitatis onera hæc extraordinaria ſpecialiter ſint comprehenſa, ut teſtatur *præjudicium ap.* ZIEGL. *de Jur. Maj. l. 2. c. 2. th. 61.*

## DE LEGATIONIBUS.
## L. 50. ff. 7.

VIII. Muneribus perſonalibus accenſetur *Legatio l 1. §. 2. ff. de Mun. & hon.* quæ eſt munus publicum *d. l. 4. §. 5. ff b.* quo quis ad Reipub. negotia curanda mandato inſtruitur & peregre ablegatur.

IX. Legatus *mittitur ab eo, qui Jus Legationis habet*, quod *olim* quidem *Civitatibus* etiam *municipalibus* attributum erat. *l. 1. ff. b. Hodie* vero *ad regalia refertur*, municipiis a Jure Legatum mittendi excluſis. Unde Perſonæ ab his delegatæ Procuratorum inſtar ſunt & Syndicorum Deputatorumque nomine venire ſolent. *v.* LAMPAD. *de Rep. Rom. Germ. P. 3. cap. 20. num. 1.* MAGNIF. ZIEGL. *in ſæpe laudato Tr. de Iur. Maj. l. 1. c. 37. th. 2.*

X. *Mittuntur perſonæ idoneæ*, quæ poſtulare pro aliis queunt *l.* 4. §. 1. *ff. h.* numero ternario non plures *d. l.* § *f.* eo, quo in curiam lecti ſunt, ordine *d. l.* §. 5. (quæ duo poſtrema in Legatis modernis non attendi tradit ZIEGL. *c. l. th.* 3.) etiam inviti *d. l.* Non autem Reipubl. debitores *l.* 4. *ff. h.*

XI. *Jure Civili* Legatus etiam a ſubdito ad Imperantem mittitur *a l.* 18. §. 12. *ff. de Mun. Hodie* a pari ad parem ZIEGL. *c. l. Iure Civ.* Vicarium dare filium poterat *l.* 4. §. 4. *ff. h.* Hodie non poteſt id.

XII. *Legationis formale* conſtituunt *Inſtructiones* ſeu literæ Credentiales, Credentz-Schreiben, quæ ſunt vel *indefinitæ vel definitæ*, prout vel ex mittentis voluntate vel negotii qualitate poteſtas Legati circumſcripta eſt. *v.* KIRCHN. *de Lat. c.* 7. *Officium Legati* eſt, ut mandatum exequendo commoda publica diligenter curet *a. l.* 14. *ff. h.* nec ante perfectam legationem negotiis vel privatis rebus ſe obſtringat. *l.* 12. *ff. h.* ſive propriis ſive alienis *l.* 8. § 2. *ff. h.*

XIII. Habent autem *Legati* ſua quoque *privilegia*, vi quorum (1.) ſunt ſancti & inviolabiles *Jure* Gentium, quod de iis intelligendum, qui mittuntur ab his, qui Summi Imperii ſunt inter ſe compotes *v. l.* 17. *ff. h.* GROT. *de J. B. & P. l.* 2. *c.* 18. *num.* 1. *ſeqq.* (2.) Jus habent ſumtus legationi impenſos repetendi *l.* 2. § *f. ff. h.* (non tamen Reſpublica mortuo Le-

Legato ſumtus proficiſcenti datos recuperat *l.* 10. §. 1. *ff. h.*) damnique reparationem etiam Legationis tempore poſtulandi *l.* 9. *ff. h.* (3.) Vacationem a publico negotio *l.* 8. *ff. h.* (4.) Immunitatem determinatam a Vectigalibus *l.* 8. *C. de Vectigal.* (5.) Jure revocandi domum fruuntur non tantum ſi ante legationem, ſed etiam ſi in ipſa Legatione contraxerint. *l.* 2. §. 3. 4. *ff. de Jud.* quod hodie obſervari tradit CARPZ. *Dec. ill.* 78. J. HILL. *ad* DON. *l.* 17. *c.* 14. *l. N.*

## *TIT. XI.*

## DE ADMINISTRATIONE RERUM AD CIVITATEM PERTINENTIUM.

L. 50. ff. t. 8.

Caput Tertium Juris Municipalis de rebus & pecuniis municipalibus agit, quæ proba adminiſtratione conſervantur.

I. *Adminiſtratio rerum ad Civitatem pertinentium eſt* munus perſonale. *l.* 18. §. 9. *ff. de Muner.* quod in eo conſiſtit, ut (1.) Adminiſtratores pecuniam ad certos uſus Civitatis deſtinatam ad alios uſus non facile convertant *l.* 1. *l.* 4. *ff. h.* (2.) Agros Reipub. ſine cautione non locent. *l. f.* 63. *ff. h.* (3.) Rationes adminiſtrationis ſecundum fidem acceptatorum & datorum ponant. *l.* 2. §. 2. *ff. h.* Licet autem

Reipublicæ rationes ſubſcriptas & expunctas adverſus eum, qui adminiſtravit, intra vicennium retractare *l.* 13. *§.* 1. *ff. de Diverſ. & temp. præſcr.* Calculi erroris retractatio vero etiam poſt decennium aut vicennium admittenda eſt *l.* 8. *ff. h.*

II. *Neglecto ab Adminiſtratoribus officio datur adverſus eos*, & quatenus rei perſecutoria eſt, adverſus eorum heredes, *actio* perſonalis, ad hoc, ut ob culpam ſimplum, ob dolum duplum, *l. 9. §.4. ff. h.* damni tempore adminiſtrationis dati præſtent *l. f. §.9 ff.* una cum reſidui uſuris *d. l. pr.* non vero uſuris uſurarum, *l.* 2. *§.* 5. *ff. h.* EXCELL. SVVEND. ad ECK. *h. verb. Regulariter.* Pro indiviſo conſtituti adminiſtratores ſinguli in ſolidum conveniri poſſunt. *a. l.* 3. *ff. h.* gaudent tamen beneficio Excuſſionis *l.* 2. *C. Quo quisque ord. conv. d. l.* 4. & nonnunquam diviſionis *v.* WISS. *ad π. h. t. th.* 8.

## DE DECRETIS AB ORDINE FACIENDIS.

L. 50. ff. t. *6.*

Juris Municipalis Cap. 4. conſiſtit in decretis ab Ordine faciendis.

III. *Decreta ſunt* Ordinationes Decurionum, quæ in ſalutem Reip. fiunt. *Requiritur* autem, ut omnibus vocatis duæ partes Decurionum fuerint præſentes, & ex illis major

pars

pars conſenſerit *l. 2. l. 3. ff. h. l. 45. C. de Decur. Poterant* vero *decreta condere de* Medici a ſe conſtituti *l. 1. ff. h.* liberaliumque Artium ſalario *l. 4. §. 2. ff. h* & ſimilibus cauſis, utilitatem municipii concernentibus *a. l. 5. l. f. ff. h.* non autem valebant decreta ambitioſa e. g. ſi aliquem debitorem dimiſiſſent. *l. 4. ff. h.* aut contra legem communem facta. *a. l. 3. §. 5. ff. de ſepulc. viol. Obligant Decreta* non ignorantes, ſed ſcientes *l. 6. ff. h.* Cum his decretis hodie comparantur ſtatuta.

## DE
## OPERIBUS PUBLICIS.

L. 50 ff. t. 10

*Juris municipalis Cap. 5. eſt de Operibus publicis.*

IV. *Opera publica dicuntur*, quæ ad univerſitatem pertinent, & publico uſui ornatuique ſerviunt. *Hæc de novo* vel *exſtruuntur* vel reſtituuntur, exſtruuntur vel *publico vel privato ſumtu.* Publico ſumtu non ſine Principis arbitrio. *l. 5. C. h.* ita, ut non alius, quam Principis nomen operi inſcribatur. *l. 3. §. f. ff. h.* niſi quis in Crimen læſæ Majeſtatis incidere velit. *l. 10. C. h.* Privato ſumtu ſine conſenſu Principis citra æmulationem *l. 3. ff. h. v.* GAIL. *l. 2. Obſ. l. 69. n. 18* licet exſtruere opus publicum *d. l. 1. 5. C.* & tum operi privato nomen inſcribi permittitur. *l. 3. §. f. ff. h.* Opera publica ruinoſa laudabilitet reſti-

tuuntur aut reſtaurantur cujusvis arbitrio & ſumtu *l.* 5. *l. f. C. h.* ita, ut ſalvis Exſtructorum titulis adjici nomen reſtauratoris debeat. *l. f.* §. 1. *ff. h.* Cæterum operis publici exſtruendi gratia nonnunquam domus privata dirui poteſt, ſed pretio ſoluto. *l. 9. C. h.*

## DE NUNDINIS. L. 50. ff. t. 11.

*Juris Municipalis Cap. VI. agit de Nundinis.*

V. *Nundinæ ſunt* conventus hominum mercandi gratia autoritate publica inſtituti. Dividi ſolent in *Vulgares & ſolennes. Vulgares* ſeu Hebdomadales, die Wochen-Märckte inſtituuntur *a quovis Magiſtratu municipali* ſine Domini ſuperioris conſenſu. ZIEGL. *de Iur. Maj l.* 1. *c.* 43. *th.* 2. *Solennes* in duplici ſunt differentia: nam *vel ſunt ſolenniores vel minus ſolennes. Solenniores ab Imperatore conceduntur l.* 1. *ff. h. l.* 1. *C. h.* auditis tamen prius Civitatibus vicinis ZIEGL. *c. l. num.* 3. HAHN. ad WES. *h. n.* 1. *Minus ſolennes* concedi poſſunt *a Principibus Imperii*. v. BESOLD. *Theſ. Pract. voc.* Meſſe.

VI. Hoc *Privilegium Nundinis ſolennioribus tributum eſt*, quod iisdem durantibus neminem e Mercatoribus (recte tamen alios cives CARPZ. *P.* 1. *C.* 30. *d.* 24.) ob privatum (non publicum *l.* 3. § *f. ff. de Fer.*) debitum convenire licet *l. un. C. h.* etiamſi debitum ſit in ipſis Nundinis contractum ſecundum Jus Sax. Elect. MOLL. *ad. d. C. n.* 8. & CARPZ. *d.* 20. *Diff.*

*de*

*de Jur. Comm.* BERL. *P.* 1. *Concl.* 77. *n.* 8. & debitor ſit de fuga ſuſpectus, Jur. Saxon. Elect. CARPZ. *d. C. d.* 25. *Diſſ.* BERL. *de Jur. comm. c. l. n.* 10.

VII. *Ceſſat* hoc *Privilegium* (1.) in locis aliis, per quæ merces deportantur teſte obſervantia CARPZ. *d. C. d.* 28. ZIEGL. *c. l. th.* 7. BERL. *d. Concl. num.* 9. (2.) Quando huic Privilegio renunciatum eſt. CARPZ. *d. C. d.* 27. (3.) Quando jus Nundinarum amiſſum. *v. l.* 1. *ff. h. a. l. f. ff. de Collat.* Sed *quæritur*, ſi Mercator Lipſienſis fiat non ſolvendo Nundinarum tempore, utrum durantibus Nundinis, adverſus eum in Cancellaria Principis peti poſſit arreſtum nec ne? hanc quæſtionem ab utraque parte diſcutientem *vid.* ZIEGL. *ſæpius laudato Tr. th.* 6.

DE

CENSIBUS. l. 52. ff. t. 15.

VIII. Juribus municipalibus accenſetur Cenſus, qui adhibendus eſt ad æquam munerum diſtributionem. *Eſt autem Cenſus* Deſcriptio publica perſonarum & rerum ad eas pertinentium æqualitatis ſervandæ gratia. *a. l.* 2. *l* 3. *l.* 4. *pr.* & §. 1. *ff. h.* Hic *cenſus ut recte fiat, opus eſt* (1.) Cenſoris conſtitutione (2.) Bonorum profeſſione. (3.) Æſtimatione intuitu fructuum *l.* 4. §. 1. *ff. h* (4.) Bonorum in Librum Cenſualem relatione (5.) In bona ſingulorum muneris diſtributione *v.* MAGNIF. AUCTOR. *S. J. C. Ex.* 50. *th.* 89.

IX. Non tantum vero ipſa Deſcriptio bonorum ad æqualem oneris impoſitionem tendens Cenſus appellatur, ſed *etiam id*, *quod a Perſonis vel e rebus præſtatur*, *cenſus nomine venit a. l.* 4. §. 9. *ff. h. l.* 2. *C. ſine cenſ. vel reliq. v.* FRANZ. *l.* 1. *Reg.* 1. *n.* 3. *& deſcribitur*, quod ſit penſitatio publica, quæ fit Principi in recognitionem univerſalis Dominii & Reip. tuitionem. *Dividitur* hic *in Cenſum Capitis & rerum.* Ille perſonis imponitur *l.* 3. *l.* 4. §. 8. *ff. h.* diciturque capitatio *l.* 9. *C. de Agric. & cenſ.* hic rebus tam mobilibus quam immobilibus *l.* 3. *l.* 5. §. 1. 2. *ff. h.* & quidem immobilibus in loco rei ſitæ *l.* 4 §. 2. *ff. h* ZIEGL. *de Jur. Maj. l.* 2. *c.* 2. *th.* 70. dummodo fructum ferant. *l.* 4. §. 1. *ff. h* hinc nihil ex ornamentis catenisque ſolvitur. *Rec. Imp. de A.* 1542. §. Doch ſollen. Imponitur etiam cenſus artificiis & negotiationibus *a. l.* 4. §. 1. *ff. h.*

X. *Cenſum* hunc *ſolvunt*, qui fructus ſuo jure percipiunt, ut Emphiteutæ. *a. l.* 2. *C. de Annon. & trib.* Uſufructuarii *l.* 7. § 2. *ff. d. Uſufr. v.* CARPZ. *P.* 2. *C.* 40 *d.* 5. non Conductores aut Creditores pignus tantum poſſidentes. *l.* 6. *C. de Pignor. v.* CARPZ. P. 3. *C.* 16. *d.* 10.

## *TIT. XII.*
## DE JURE FISCI.
### L. 49. ff. t. 14.

Ad conſervandum Civitatis ſtatum, qui ſpe-

ſpectatus eſt hactenus, recte referuntur jura fiſci & militaria HAHN. *h.d.*

I. *Fiſcus* (qui in legibus etiam ærarium appellatur *ſſ.ſ. J. de Uſuc. ubi* VINN. *l* 2. *c.* 3. *C. de Quadrienn. præſcript.*) *eſt* Patrimonium Reipublicæ, res & jura publicæ utilitati peculiariter deſtinata continens, atque neceſſitatibus publicis inſerviens *a. l.* 1. *C. de Condict. ex. lege v.* GAIL *l.* 1. *Obſ.* 20.

II. *Jus Fiſci Jure majeſtatis competit a. l.* 2. *§.* 4. *ff. Ne quid in loc. publ. a. II. ſ.* 56. Imperatori Romano, Principibus Imperii Jure ſuperioritatis territorialis, nec non liberis Imperii Civitatibus *v. Inſtrum. Pac. Mon. c.* 8. *verſ. Tam. in univerſalibus &c.* LAUT. *V.* 3 *D.* 13. *C.* 2. *§.* 10. *ſeqq.* non Civitatibus municipalibus. *l.* 1. *C. de bon vac.* SCHULTZ. *Syn. Inſt. l.* 3. *t. de Succeſſ. Fiſci h. l.* Licet autem *Jure Sax.* Civitatibus ſuperiorem Jurisdictionem habentibus Interpretum nonnulli jus fiſci tribuant: de certis tamen caſibus Jure aut obſervantia determinatis, non de omnibus id intelligendum eſſe putat LAUT. *d. D. §.* 6.

III. *Fiſcus* multa *nactus eſt Privilegia*, quæ ſunt vel Judicialia vel Extrajudicialia. Ad *Judicialia* refertur (1.) Quod fiſco non poſſit opponi Exceptio Compenſationis, niſi eadem ſtatio quid debeat *l.* 1. *C. de Compenſ.* & opponens compenſationem ex eo capite debitor ſit, ex quo permiſſa eſt adverſus fiſcum compenſatio e. g. non ex cauſa tributoria, anno-

na-

naria &c. *v. l.* 46. §. 6 *ff. b. j. l.* 3. *l.* 7. *C. de Compenſ.* (2.) Quod cauſæ fiſcales etiam feriatis diebus tractentur *l.* 5. *C. de fer.* (3.) Quod fiſcus a ſatisdationis onere immunis ſit *l.* 2. §. 18. *ff. ut legat. vel fideic. ſerv. j. l.* 2. §. 1. *ff. de fund. dot.* (4.) Quod reum ad edenda pro ſe inſtrumenta compellat in cauſis civilibus, non criminalibus *l.* 2. §. 2. *ff. h.* BERL. *P.* 1. *Concl.* 44. *n.* 31. *ſeqq.* (5.) Quod res quomodocunque in fraudem ſuam alienatas revocare poſſit *l.* 45. *ff. h. l.* 51. *ff. de donat.* WISS. *h. t. th.* 12. (6.) Quod ſententia adverſus fiſcum lata intra triennium retractari poſſit. *l. un. C. de Sent. adverſ. Fiſc.* (7.) Quod publico debitori appellatio permiſſa non ſit. *l.* 8. *C. Quor. appell. non recip.*

IV. *Privilegia extrajudicialia* verſantur vel circa conventiones vel ſucceſſiones. *Circa conventiones* (1.) A fiſco emens ſtare tenetur locationi a fiſco factæ *l. f. ff. h. ubi* BARTHOL. FRANZ. *C. ff. t. Locat. cond. num.* 236. (2.) Hereditate a fiſco emta non fiſcus, ſed Emtor Creditoribus hereditariis reſpondet *l.* 1. *l.* 2. *C. de Hered. vel act. vend. l.* 41. *ff. h.* (3.) Fiſcus contrahens cum privato, præter tacitam hypothecam in bonis debitoris, jus prælationis habet in bonis poſt contractum initum quæſitis *l.* 28. *ff. d. Iur. fiſc. l. f. C. de privil. fiſc. O. P. Sax. t.* 43. §. desgleichen CARPZ. *P.* 1. *C.* 28. *d.* 103. BERL. *P.* 1. *Concl.* 65. *num.* 122. FRANZ. *l.* 1. *Reſ.* 14. *n.* 21. RICHT. *d. Iure & priv. Cred.* CARPZ. 3. *Sect.* 2. *n.* 10. ZIEGL. *d. Iur. Maj.*

*Maj. l. 2. c. 3 th. 59.* De conciliatione *obſt. l. ſ. ff Qui pot. inpign. v.* WISS. *th.* 10. Hoc privilegium ad pœnas fiſcales non eſt extendendum *l. un. C. de Pœn. fiſc. l* 37. *ff. h.* CARPZ. *c. l. d.* 104. in quibus jus hypothecæ tacitæ demum a tempore factæ condemnationis incipit ſecundum *O P. S. t.* 43. §. deßgleichen (4.) Fiſcus conductores vectigalium, qui maximos fructus ſunt conſecuti, ſi poſtea tanto locari non poſſint, vectigalia prioribus penſionibus ſuſcipere compellit. *l.* 11. §. *f. ff.* (5.) Fiſcus in Contractibus evictionis nomine ſimplum tantum præſtat, quamvis duplum vel triplum pro evictione ſit promiſſum *l.* 5. *ff. h.*

V. *Privilegia fiſci circa ſucceſſiones* ſunt hæc (1.) quod hereditatem indigno relictam auferat *l.* 1. *ff. h.* (2.) clam incapaci relictum acquirat. *l.* 13. §. 1. *ff. h.* (3.) Bona vacantia occupet *l.* 1. *C. de bon. vacant.* mobilia ubique, immobilia extra territorium non ſita. *v.* MAGNIF. AUCT. *S. J. C. Ex.* 50. *th.* 35. (4.) Bona damnatorum in Criminibus, in quibus confiſcatio locum habet, capiat. *v. N.* 134. *C. fin. l.* 8. *C. ad L. Iul. Maj.* CARPZ. *Pract. Crim. p.* 3. *q.* 135. *n.* 25. *ſeqq.*

VI. *Fiſco res deferri* ſolent *per denunciationem* a perſonis idoneis factam *v. l.* 18. §. 1. *ſeqq. h.* earumque *dominium ipſo jure l.* 1. §. 1. *ff. h. poſſeſſio* vero *per apprehenſionem* quæritur *l.* 23. *ff. d. acq. vel am. poſſ.*

## DE
## PUBLICANIS VECTIGALIBUS ET COMMISSIS.
### L. 39. ff. T. 4.

Ad præcipua fiſci emolumenta referuntur Vectigalia, quæ a fiſco conducere ſolent publicani. *l.* 1. §. 1. *ff. h.*

VII. *Publicani ſunt* redituum publicorum vel vectigalium conductores. *l.* 1. §. 1. *ff. h. l.* 12. *f. ff. h. ad* quam *conductionem inhabiles* ſunt filiifamilias *l.* 3. §. 1. *ff. ad SCT. Maced.* item Tutores aut Curatores rationibus nondum redditis, *l.* 49. *ff. Locat.* Et quidem vi hujus conductionis publicani, non tantum vectigalia, ſed etiam commiſſa capiunt. *a. l.* 11. *C. h.* WISS. *ad π. P.* 2. *D.* 15. *th.* 22.

VIII. *Vectigal eſt* reditus, qui fiſco præſtatur pro rebus importandis & exportandis Germ. Zoll. *Ius conſtituendi augendique* vectigalia *Iure Civili Imperatori* tribuitur *l.* 10. *ff h.* in noſtro *Imperio Imperatori & Electoribus* competit. LAMPAD. *de Rep. Rom. Germ. P.* 3. *C.* 14. *n.* 16. Habere vectigalia etiam Civitates municipales queunt Principum indultu ad anguſtiarum ſuarum ſolatia. *l.* 1. *l.* 2. *C. Vectigal nov. inſt. j. l.* 10. *C. h.*

IX. *Ad Vectigalium ſolutionem* regulariter *obſtricti ſunt omnes l.* 7. *C. h.* niſi ſpecialiter immunitatem habeant, qua gaudentes a præſtatione Vectigalis, non a profeſſione rerum,

quæ

quæ importantur, ſunt liberati. *l.* 4. §. 1. *l.* 16. §. 3. 9. *ff. h.* niſi immunitas ſit notoria, quam limitationem in Praxi receptam eſſe docet ZIEGL. *de Jur. Maj. l.* 2. *c.* 11. *th.* 2. *Sunt* autem *immunes* (1.) Res & perſonæ Eccleſiaſticæ *v. l.* 5. *C. de SS. Eccl. c.* 4. *de cenſ.* 6. (2.) Legati cum temperamento in *l.* 8. *C. h.* definito (3.) Fiſcus *l.* 9. § *f ff. h. v.* HAHN. ad WESENB. *num.* 4. (4.) Conſiliarii Principum per *Rec. Imp. de An.* 1500. (5.) Profeſſores, Doctores & Studioſi, quod deducunt vulgo ex *Auth. Habita. C. ne fil. pro Patr. j. l.* 5. *C. de Vectig. v.* RICHT. *ad d. Auth. memb.* 2. *num.* 1. *j. Plur.* ZIEGL. *de Iur. Maj. l.* 2. *c.* 28.

X. *Vectigal ſolvendum eſt de rebus importandis & exportandis. Excipiuntur* (1.) Res, quarum vectigal nunquam præſtitum eſt. *l.* 9. §. 6. *ff. h.* (2.) Res exercitui paratæ *l.* 9. §. 7. *ff. h.* (3.) quæ ruris exercendi gratia inferuntur *l.* 5. *C. h.* (4.) quæ ad uſum proprium advehuntur *d. l.* 5. quod vix obſervari tradit HAHN. *h. t.* (5.) Corpora defunctorum. *l. f. C. de Relig.* ZIEGL. *c. lib. c.* 9.

XI. *Iure Civili pars octava* vectigalis nomine præſtita eſt *l.* 7. *l.* 8. *C. h. Hodie* cujuslibet loci ſtatutum & conſuetudo ſpectanda eſt. *v. l.* 4. §. 2. Interim vectigal pecuniarium ut commodius, ita præſtatione partis e rebus expeditius eſt *v. l.* 5. *C. h. it.* ZIEGL. & HAHN. *cit. loco.*

XII. *Quando* e rebus vectigalis præſtationi

ſi obnoxiis *ſolutum non eſt Vectigal, res in commiſſum cadunt*, earumque dominium fiſco ipſo jure quæritur, non poſſeſſio *l.* 14. *ff. h.* GAIL. *de Pac. Publ. l.* 2. *c* 3. *num.* 11, unde fiſco jus perſequendi commiſſum ſicut adverſus quemlibet poſſeſſorem, ſic etiam adverſus heredem competit. *d. l.* 14. alias vero heres pœnæ nomine conveniri nequit, niſi vivo eo, qui deliquit, quæſtio mota ſit *l.* 8. *l. f.* §. 2. *ff. h.*

XIII. *Non committuntur res fiſco* (1.) Si propter neceſſitatem adverſæ tempeſtatis expoſitæ ſunt, *l.* 16. §. 8. *ff. h.* quod ad neceſſitatem tempore belli, peſtis &c. applicant Dd. (2.) Si quis profeſſus eſt, ſed non ſolvit vectigal *l. f.* §. 11. *ff. h.* (3.) Cum pupillus intra diem trigeſimum vectigal infert *l.* 7. §. 1. *ff h.* (4) ob errorem probabilem duplicato vectigali oblato *l. f.* §. 10. *ff. h.* quo caſu nonnullibi omnis pœna remittitur WISS, *h. t. th.* 26. (5.) Si res nec exiſtit, nec dolo ſuppreſſa eſt *l.* 2. *C. h.* (6.) Elapſo quinquennio *d. l.* (7.) quando miles profeſſionem omiſit *l.* 3. *C. h.* *Jure Sax.* vectigalia non ſolventes *arbitrarie puniuntur.* CARPZ. *P.* 4. *C.* 41. *D.* 51.

XIV. Cæterum ob audaciam & temeritatem Publicanorum *Prætor conceſſit adverſus eos actionem* mixtam pœnalem, quæ competit Viatoribus, qui injuſtam exactionem, vim, damnum, furtumve paſſi ſunt eorumque heredibus, adverſus publicanum ejusque familiam (adverſus heredes publicani locum habet

habet, quatenus ad eos quid pervenit *l.* 4. *ff. h.*) ad hoc, ut adhibita vi in exactione vectigalis quadruplum, cum ſine vi facta eſt exactio, damnum, injuria furtumve factum, aut etiam vi ademtum quid eſt, duplum præſtetur, poſt annum ſimplum. *l.* 1. *ff. h. l.* 9. §. 5. *ff. eod. j. l.* 35. *de O. & A.* Amplius extraordinariam poteſt Magiſtratus infligere pœnam *v. l.* 9. *§.* 5. hoc enim vigor publicæ diſciplinæ poſtulat.

## DE
## RE MILITARI. L. 49. ff. t. 16.

Etiam res militaris ad publicum Civitatis commodum pertinet. *a. l.* 14. *C. de Advoc. div. jud.*

XV. *Miles eſt* Perſona ab eo, qui jus belli gerendi habet, ad bellum lecta, in numeros relata, & ſacramento firmata *l.* 2. § 1. *ff. h. l.* 42. *ff. d. Teſt. milit. l.* 2. *ff. de Veter. Diſtinguebantur* milites apud Romanos in Velites, haſtatos, principes & triarios. v. HILDEB. *in Antiq. Rom. verb. Miles.*

XVI. Milites *olim* etiam inviti legebantur *a. l.* 4. *§.* 10. *ff. h. hodie* tantum volentes leguntur *R. I. de An.* 1570. §. demſelben SCHÜZ. *in Compend.* LAVTERB. *h. t. idonei* eſſe debent & militare *non prohibiti l.* 13. §. 3. *l.* 8. *l.* 11. *l.* 4. §. 4. *ff. h. l.* 14. *ff. de Teſt. mil. Officium* illorum eſt Rempublicam, a qua aluntur, defendere *l.* 31. *C. Loc. Cond.* Ducis imperio ſtri-

 ctiſſi-

ctiſſime parere *l.* 3. §. 15. *ff. h.* a negotiatione & ſimilibus militiam remorantibus abſtinere *l. un. C. Negot. ne mil.* 13. *ff. h.*

XVII. *Delicta militum* ſunt vel *communia* (ſc. cum alterius ordinis hominibus) vel *propria* ſive militaria, quæ quis ut miles admittit *l.* 2. *j. l* 6. §. 1. 2. 3. *l.* 10 *l.* 3. §. 15. *ſeqq. ff. h. Pœnæ* militum ſunt militiæ mutatio, gradus dejectio, ignominioſa miſſio &c. *v. l.* 3. §. 1. *ff. h. Miles magiſtratum militarem habet, ad quem in delicto militari remittendus eſt*, non in delicto communi, in quo forum ſortitur inſtar togati ſeu extra militiam conſtituti. *v. l.* 6. *C. de Iurisd. omn. jud. l.* 9. *ff. de Cuſtod. reor. j. l.* 2. *l.* 3. *ff. h. l. f. ff. de accuſat. l.* 1. *C. ad L. Corn. de ſic.* ANTON. MATTH. *de Crim. l* 48. *t.* 15. *num.* 12. HAHN. ad WES. *h. t. n* 6. CARPZ. *P.* 4. *C.* 9. *d.* 11. & *Pract. Crim. P.* 3. *q.* 110. *n.* 79.

XVIII. *Milites* ob favorem militiæ *privilegiis donati ſunt, unde* (1.) evocandi non ſunt perhibendi teſtimonii cauſa *l.* 3. §. *f. ff. de Teſt.* (2.) quæſtionibus ſeu torturæ non ſubjiciuntur *l.* 8. *C. de Quæſt.* quod hodieque obtinet in militibus, de quorum ſingulari virtute militari conſtat. CARPZ. *Pract. Crim. P.* 3. *q.* 118. *num.* 73. *ſeqq.* (3.) beneficium competentiæ habent *l.* 18. *ff. de re jud.* (4. indebiti ſolutionem allegantes debiti probationem in accipientem devolvunt. *l.* 25. §. 1. *ff. de Probat.* (4.) jure teſtandi gaudent in peculio caſtrenſi. *pr. I. Quib. non eſt perm. fac. Teſt.* nam in eo

pro

pro Patribusfamilias habentur *l. 2. ff. ad SCt. Maced.* imo & alias liberrime inter vivos de hoc peculio diſponunt *l. 2. C. de Caſtr. pec.* a Patre intuitu illius ſtipulantur *l. 15. §. 1. ff eod.* & ſuo arbitratu tam adverſus patrem, quam extraneum, agendi poteſtatem habent. *l. 4. §. de Judic. l. 4. §. 1. ff de Caſtr. Pecul.* Dicta *Juri Sax. congruunt* ſecundum SCHULZ. *Syn. Inſt. l. 2. t. 9. l. c.*

## DE VETERANIS, L. 49. ff. t. 18.

XIX. *Veterani ſunt*, qui, impleto legitimo militiæ tempore, honeſte ſacramento ſoluti ſunt *l. 2. ff. h. l. f. ff. de his, qui non implet. ſtip. Solvuntur* autem *Sacramento per miſſionem* vel honeſtam, vel cauſariam, vel ignominioſam, de qua *v. l. 2. §. 2. ff. de his, qui not. inf. l. 3. §. 3. ff. de re milit.* Veterani (1.) in pœnis habent prærogativam e. g. fuſtibus non cæduntur *l. 1. ff. h.* (2.) eodem, quo Decuriones, honore afficiuntur *l. 3. ff. h.* (3.) immunitatem quandam habent a muneribus, præcipue perſonalibus. *l. 3. l. 4. pr. & §. 1. ff. h.*

## *TIT. XIII.*
## DE INSPICIENDO VENTRE CUSTODIENDOQUE PARTU.
### L. 25. ff t. 4.

Ex ſtatu Familiæ, de quo ſupra dictum,

naſcitur inter patrem & filium obligatio, qua pater ad agnoſcendum filium compellitur *v. l.* 1. *§.* 3. 4 *ff. de agn. & al. lib.* Cum vero SCta de liberis agnoſcendis locum non habeant, ſi mulier diſſimulet vel neget, ſe eſſe prægnantem, certitudinis parandæ ergo ventris inſpectio permittenda eſt *l.* 1. *§.* 1. *ff. h.*

I. *Ventris inſpectio adhibetur* muliere aliquando negante, aliquando affirmante, ſe eſſe prægnantem. *Si mulier*, facto divortio, *ſe prægnantem eſſe negat*, tres mittuntur obſtetrices, quæ ventrem inſpiciant, ut vel omnibus vel duabus renunciantibus, prægnantem videri, cuſtodem ipſa admittat *l.* 1. *ff. h.*

II. Si mortuo marito *mulier ſe affirmat eſſe prægnantem*, denunciatione iis, ad quos ea res pertinet *v. l.* 1. *§.* 12. *ff. h.* facta, mittere hi poſſunt quinque mulieres, quæ ventrem inſpiciant, imo ipſa mulier poſtulare poteſt, ut mittantur, quibus præſentibus pariat. *l.* 1. §. 10. *ff. h. Cum mulierem eſſe prægnantem conſtat*, mittitur ead. ventris i. e. partus nomine in poſſeſſionem bonorum *l.* 1. §. 10. *ff. h.* Hactenus dicta in *Matribus* præcipue *Nobilibus*, quoties poſſeſſionem feudorum ventris nomine petunt, *uſum habere*, ne falſus ſubjiciatur partus, *exiſtimat* HAHN. ad WESENB. *h.*

*Si ventris nomine muliere in poſſeſſionem miſſa eadem poſſeſſio dolo malo ad alium translata eſſe dicatur. L.* 25. *ff. t.* 5.

Ne vero *Prætor* in favorem partus poſſeſſio-

nem

nem pollicitus aliis prædæ occaſionem præbeat, in mulierem, quæ in alium hanc poſſesſionem dolo malo transtulit, & cum in cujus poteſtate eſt, *actionem in factum concedit* ad id, quod agentis intereſt. *l.* 1. *pr.* & §. 1. *ff. h.*

*Si mulier ventris nomine in poſſeſſione calumniæ cauſa eſſe dicetur. L.* 25. *ff. t.* 6.

IV. Ex eadem ratione *Prætor coërcet mulierem*, quæ in bonorum poſſeſſionem per calumniam venit, *conceſſa adverſus eam actione in factum*, quæ famoſa eſt. *l.* 15. *ff. de his, qui not. inf.* & competit ei, cujus intereſt, adverſus mulierem & parentem, per quem factum eſt, ut in poſſeſſionem per calumniam veniret *l.* 1. §. 5. *ff. h.* ad id, quod intereſt agentis, mulierem in poſſeſſionem miſſam non eſſe. *d. l.* 1. §. 4. 6. *ff. h.*

## *TIT. XIV.*

## DE EO, QVI PRO TUTORE, PROVE CURATORE NEGOTIA GESSIT.

L. 27. ff. t. 5.

In ſtatu familiæ perſonæ ſunt vel ſui vel alieni juris, de his actum, de illis agendum, ſuntque vel in Tutela vel cura, vel neutro jure tenentur *pr.* 1. *de Tutel.* Tutores & curatores tam in genere quam in ſpecie conſide-

 ravit

ravit MAGNIF. AUT. *l.* 1, *t.* 16. *ſeqq.* *t.* 13. *ſeqq.* jam, qui loco eorum ſunt ſpectandi, veniunt, ut Protutores.

I. Similitudinem cum Tutore & Curatore habet *Protutor Provecurator*, qui munere tutoris (curatoris) fungitur in re impuberis (minoris) ſive ſe putet tutorem, (curatorem) ſive ſciat non eſſe, fingat tamen *l.* 1. §. 1. *ff. h. l.* 3. *ff. h.*

II. *Officium Protutoris Provecuratoris* idem eſt quod veri Tutoris aut Curatoris, quoties eadem ratio adeſt *l.* 1. §. *f. ff. h. l.* 4. *ff. h.* Naſcitur ex hac Pro-Tutela *actio* directa & contraria. *Directa eſt* actio perſonalis, prætoria *l.* 1. *ff. h.* rei perſecutoria, bonæ fidei, quæ datur illi, cujus ut pupilli negotia adminiſtrata ſunt tam ante, quam poſt pubertatem *l.* 1. §. 3. *ff. h.* ad hoc, ut reliqua reſtituantur una cum uſuris *l.* 1. §. 8 *ff. h.* & damnum, culpa lata aut levi datum, reſarciatur. *a. l.* 4 *ff.*

III. *Actio contraria*, quæ ex Pro-Tutela deſcendit, Pro-Tutori competit adverſus eum, cujus ut pupilli res adminiſtravit, ad hoc, ut indemnis ſervetur. *l. f. ff. h. l.* 1. §. 1. *ff. de Cont. tut. & util. act.* Quæ de Pro-Tutore dicta ſunt, ad Prove-Curatorem ſub terminis habilibus applicari queunt. *a. rubr. & l.* 1. §. 6. 7 *ff. h.* Denique *pupillo Hypothecam in bonis Pro-Tutoris Prove-Curatoris concedi*, quam denegari, æquius eſſe duco cum HAHN. ad WES. *h. t. verb. Eoque. a. l.* 20. *C. de Admin. Tut. l.* 19. §. 1.

*ff. de*

*ff. de reb. auct. jud. Diſſ.* BACH. ad WES. *d. t.*

## QUOD FALSO TUTORE AUCTORE GESTUM ESSE DICETUR.

IV. Falſus Tutor eſt, qui, cum tutor non ſit, dolo malo ſe tanquam Tutorem gerit. *a. l. 7. ff. h.* Si quis cum pupillo contraxerit auctore Tutore, quem contrahens falſum eſſe ignorabat, Prætor eidem ob errorem dat in integrum reſtitutionem *l. 1. §. 1. 6. ff. h.* Ignoranti, non ſcienti ſubvenit, quia ſciens ipſe ſe decepit *d. §.* niſi (1.) ſit minor *l. 4. ff. h.* (2.) a Prætore compulſus ſit ad judicium accipiendum *l. 5. ff. h.* (3.) præter falſum tutorem verus tutor autoritatem accommodaverit §. 5. *ff. h.* & accommodare potuerit *l. 1. §. 2. ff. h.*

V. Præterea *locum habet adverſus Tutorem falſum actio in factum*, quæ eſt perſonalis *l. 9. §. 1. ff. h.* reſpectu actoris rei perſecutoria. *d. l.* daturque illi, qui cum pupillo falſo Tutore auctore contraxit, ejusque heredibus, adverſus falſum tutorem, ad hoc, ut id, quod intereſt, præſtetur, quo etiam ſumtus petitæ reſtitutionis comprehenduntur, *l. 7. pr. & §. 3. ff. h.*

VI. Hæc actio *utiliter* quoque *pupillo decepto* adverſus eum *conceditur*, qui Tutorem ſe eſſe interrogatus reſpondit, *l. 12. ff. h.* Item hujus actionis exemplo datur actio adverſus eum, qui dolum malum adhibuit, ut alius auctoraretur inſcius. *l. 9. ff. h.*

*De Fidejuſſoribus & Nominatoribus & Heredibus Tutorum & Curatorum, L.25. ff. t.8.*

VII. Tutoribus ſolvendo non exiſtentibus inſtituit pupillus adverſus fidejuſſores actionem ex ſtipulatu ad id, quod intereſt. *l.* 2. *C. de Fideiuſſ. Tut.* ſive hi expreſſe ſive tacite fidejuſſerint *l.* 4. *§. f. ff. h.* Licet autem hujusmodi fidejuſſores a beneficio Excuſſionis excludendi non ſint, cum unus ex his damnum in adminiſtratione dedit, *a N.* 4. *c.* 1. *i. l.* 3. *C. divid. tut.* HART. PIST. *l.* 1. *q.* 6. *n.* 12. 13. *Conſ.* CARPZ. *P.* 2. *C.* 11. *d.* 36. diviſionis tamen beneficio non gaudebunt, niſi quatenus eo Tutor, pro quo intervenerunt, frui poteſt *v. l. f. ff. Rem. Pub. ſalv. j. l.* 6 *ff. h.* WISS. *ad π. h. t. th.* 3. Hujus tituli uſus præcipuus eſt iis in locis, in quibus Tutores ſine fidejusſoribus non accipiuntur. De quibus vid. *Syn.* SCHULZ. *de ſatisdat. Tut. verb. ſatisdare coguntur.*

VIII. Quando indemnitati pupilli vel adulti ſatisfactum non eſt, *excuſſis Tutoribus* eorumque *fideiuſſoribus ad nominatores vel affirmatores pervenitur l.* 4. *C. de Magiſt. conv.* qui Tutores eſſe idoneos affirmarunt, hi enim fidejuſſorum vicem tum ſuſtinent, *l.* 4. *f. ff. h.*

IX. *Heres Tutoris* ex adminiſtratione defuncti conventus non ob levem, ſed *latam tantum culpam condemnatur l.* 1. *C. de Hered. Tut. l.* 4. *ff. de Magiſt. conv.* niſi lis cum Tutore conteſtata vel ex damno pupilli lucrum ſit captatum

tatum. *d. l.* 1. BACH. *V.* 2. *D.* 9. *th.* 5. *l. d. c.* Ex propria perſona conveniri poteſt heres, cum legitimæ ætatis & masculus inchoata per defunctum explicuit. *l.* 1. *ff. h. l.* 4. *ff. eod.*

# LIB. II.

## *TIT. I.*

## DE RELIGIOSIS, ET SUMTIBUS FUNERUM, ET UT FUNUS DUCERE LICEAT.

*L.* 11. ff. t. 7.

JUs perſonarum Lib. I expoſitum, unde ad jus Rerum pergendum erit, quod cum in jus in re & Jus ad rem diſpesci ſoleat, Jus in re hoc libro ſecundo perſequi, & Jus ad rem libro ſubſequenti tertio obſervare animus eſt. Sed Principalis rerum diſtinctio eſt, qua aliæ res in patrimonio, aliæ extra patrimonium eſſe dicuntur, ad has refert MAGNIF. AUCTOR *L.* 2. *t.* 1. *a.* 11. res religioſas, quas ſicco pede præterire nequeo.

I. *Locus religioſus eſt*, in quem corpus defuncti ſepulturæ cauſa *l.* 2. §. 4. *ff. h.* ab eo, qui jus in eodem ſepeliendi habet. *l.* 2. §. 7. *l. f. ff. h.* actu illatum eſt. *v. l.* 6. §. *f. ff.* & *l.* 7. *ff. de Rer. div. l.* 6. §. 1. *l.* 42. *ff. h.* Huic locus purus opponitur, quando locum a mortui illatione liberum denotat. *l.* 2. § 4. *ff. h. t.*

II. Cum vero jus ſepeliendi in ſepulturo

requiratur, *adverſus eum, qui mortuum* nullo jure *in locum alienum infert, comparata eſt actio in factum*, quæ competit domino *l.* 2. *§.* 1. *ff. h. l.* 2. § 7. *ff. h.* & in eo loco ſervitutem habenti. *l.* 8. *l.* 4. *ff. h.* ejusque heredibus *l.* 7. *ff. h.* adverſus eum, qui motuum in locum alienum intulit, vel inferri curavit, ejusque heredes. *l.* 2. *§.* 1. *l.* 7. *l.* 9. *ff. h.* ad hoc, ut vel corpus, quod illatum eſt, tollatur, vel loci precium præſtetur. *l.* 7. *ff. h.* Quam actionem hodie utiliter adverſus eum inſtitui, qui in locum meum, ſepulturæ aſſignatum, quemquam infert, docet *Reſponſum* HAHN. ad WES. *h. t. n.* 4.

III. Loca, in quibus cadavera defunctorum conduntur, nominantur *ſepulcra*, quæ ſunt vel familiaria vel hereditaria. *Familiaria*, quæ quis ſibi familiæque ſuæ conſtituit, in quibus ſepeliri qualescunque heredes poſſunt. *l.* 5. 6. *ff. h. Hereditaria*, quæ quis ſibi heredibusque ſuis conſtituit. *d. l.* 5. aut Paterfamilias jure hereditario acquiſivit. *l.* 6. *ff. h. j. l.* 8. *l.* 13. *C. h.* MAGNIF. AUCT. *S. J. C. Ex.* 15. *th.* 69.

IV. Fiunt vero loca religioſa per *ſepulturam, quæ eſt* illatio hominis mortui in ſepulchrum. *Sepultura eſt aut inhoneſta aut honeſta*, quæ etiam Eccleſiaſtica vel Chriſtiana dicitur. ZIEGL. ad LANC. *l.* 2. *t.* 24. *p.* 580. *Inhoneſta vel humana vel canina* ſeu aſinina: *Honeſta vel minus ſolennis vel ſolennis eſt. Inhoneſta, humana* ſcil. *eſt*, quæ ſine Ceremoniis

ſive

ſive in Cœmeterii loco ſeparato inhoneſto, veluti ad parietes in angulo, ſive extra cœmeterium fit ignominiæ gratia. *Inhoneſta, canina* ſeu aſinina *eſt*, quando per Carnificem defuncti corpus extra locum religioſum conſuetum inter cadavera brutorum aut facinoroſorum abjicitur. *Caninam patiuntur* (1.) ex malitia, non melancholia, αὐτόχειρες ſeu propricidæ *v. c.* 12. *XXIII. q.* 5. CARPZ. *Juriſpr. Conſ. d.* 326. (2.) *Facinoroſi* qui in reatu (ut in Carcere) ante executionem moriuntur, dummodo crimen confeſſi & convicti ſint. CARPZ. *d. l. d.* 279. 280. *Inhoneſtam, humanam* tamen *ſepulturam merentur* (1.) *Excommunicati*, *c.* 12. *de ſepul.* niſi pœnitentiam egerint. *d. c. Conſt. Elect. Eccleſ. Art. Gen t.* 11. §. Im Fall aber. ZIEGL. *ad Inſt.* LANC. *l.* 2. *t.* 24. *ad* §. 9. *verb. præciſi* (2.) *Blaſphemi* impœnitentes *c.* 2. *X. de Maled.* SCHULZ. *Syn. Inſt. t. de publ. Jud. l. d.* (3.) *Verbi divini* & ſacramentorum *contemtores v. c.* 11. *X. de pœnit. c.* 28. *X. ſent. excomm.* CARPZ. *d.* 387. (4.) *Hæretici* Jure Canon. *c.* 2. *de hæret.* 6. Apud nos honeſte ſepeliuntur hæretici, præcipue non pertinaces, ita tamen, ut ceremoniæ temperentur, quarum temperamentum Judicis Eccleſiaſtici arbitrio relinquitur. *id.* 378. v. etiam *d.* 383. (5.) *Uſurarii* manifeſti *c. de Uſur.* 6. *v.* ZIEGL. *c. l. verb. Nec qui uſuras.* Ita uſurariorum funus ſine ſolennibus Ceremoniis deduci jubet *Mand. Elect. d. An.* 1625.

1625. *d.* 28 *Apr.* Von Wucherlichen Contracten § Sowollen wir. CARPZ. *P.* 2. *q.* 92. *num.* 32. *ſeqq.* (6.) *In Torneamentis* ſeu congreſſibus illicitis *pereuntes c.* 1. *X. de Torneament.* In duellis prohibitis exſpirantibus eandem pœnam dictat *Mandat. elect. d. An.* 1665. *d.* 20. *Sept. tit.* Injurien-Händel und das Tumultuiren, ꝛc. §. Welcher aber den andern. *v.* ZIEGL. *Diſſert. de eo, quod juſtum eſt circa mortuos th.* 27. *ſeqq. ſepulturam honeſtam nomino* ubi ritus, perſonæ uſuique convenientes, adhiberi poſſunt, & corpus defuncti in locum honeſtum defertur. Hæc ſepultura *ſolennis* nomine venit, cum conſuetæ Ceremoniæ accedunt, *minus ſolennis* appellatur, quando Ceremoniæ illæ deficiunt ob paupertatem ſimilemve rationem ZIEGL. *c. l.* *ad Lanc.* SCHILT. *Inſt. Can. t. de ſepultur.* §. 1. *Honeſta hæc ſepultura* regulariter *debetur omnibus*, etiam pauperibus CARPZOV. *d.* 374. cadaveribus occiſorum in via publica repertis. *d.* 375. involuntaria, infelici aut incerta morte abreptis *d.* 381. nec non infantibus ἀβαπτίστοις ſeu nondum baptizatis ZIEGL. *diſſert. th.* 25. *Conſ.* Kirchen-Ordnung *de An.* 1580. *Gen. Art.* 1. 15. dieweil auch groſſe.

V. *Solennitas deducendi funeris* ea plerumque eſt, quod corpus tectum & mediocriter ornatum *v. a. c.* 2. *X. de uſu & auct. pall.* poſt aliquod intervallum, cum comitatu, quod peſtis tempore infrequens eſt, ad ſepulturam

turam deducitur, cujus pro adultis trium, pro pueris duorum cubitorum eſt profunditas, ubi Veſpillo ſepeliendo, verbique divini Miniſter ſermonem funebrem habendo, mortales ſuæ mortalitatis admonet *v. plur.* SCHILT. *d.t. Sepult.* §. 12. *ſeqq.*

VI. Ob ſepulturæ favorem & accelerationem *controverſia circa eandem* exorta *ſummarie tractatur. a. l.* 43. *h.* & appellatio, cum res dilationem non recipit, haud permittitur *a. l. f. ff. de apell. rec. vel non.* CARPZOV. *Juriſpr. Conſiſt. d.* 395. *num.* 10. *& ſeqq.* Imo *Creditor, qui cadaver defuncti arreſtare auſus fuerit*, præter amiſſionem actionis, tertiæ partis bonorum publicationem patitur, infamia notatur, & alterum tantum reſtituere compellitur *l. 6. Auth. item qui C. de ſepul. viol.* CARPZOV. *P.* 1. *C.* 30. *d.* 22. licet debitor ad incarcerationem ſe obligaverit, aut detentionem ſui funeris inſtrumento permiſerit ſecund. PHIL. *ad Ord. Proc. Sax. t.* 51. *Conſ.* 1. Non vero prohibetur Creditor bona defuncti, etiam intra diem trigeſimum, arreſto afficere CARPZ. *Proc. T.* 21. *art.* 3. *num.* 16. *Diff.* BERL. *Conc.* 76. *n.* 103. nec illicita eſt funeris detentio, quod pro certo locario in alieno loco, donec ſepultura fiat, depoſitum, ſi penſio ſoluta non eſt HAHN. ad WES. *h. t. n.* 5. Promovet item funeris deductionem interdictum adverſus prohibentem inferre funus, tit. ſubſeq. traditum, quo ſi uti nolit prohibitus

tus mortuum alio inferre, poſtea *in factum agere* poterit adverſus prohibentem ad hoc, ut quanti intereſt prohibiti, prohibitum non eſſe, præſtetur. *l. 9. ff. h.*

VII. Cum ea, quæ de loco religioſo funerisque deductione monenda erant, expedita ſint, reliquum eſt, ut de ſumtibus funerum nonnihil adjiciatur. *Deſcribitur ſumtus funeris ab Ulpiano l.* 14. §. 3. *ff. h.* quod ſi is, qui ideo fit, ut funus ducatur, ſine quo funus duci non poſſit, ut puta ſi quid impenſum eſt in delationem mortui, in locum in quem mortuus infertur, in corpus cuſtodiendum *d.* §. 3. 4. in illius vecturam *&c. l.* 37. *ff. h. Moribus* iisdem accenſentur veſtes lugubres, ut fasciæ ſericæ & pepla, ſive viris ſive fœminis ex conſuetudine præſtentur *v.* BERL. *Concl.* 64. *n.* 90. DAN. MOLL. *ad P.* 1. *C. El.* 23. *n.* 9. CARPZ. *d. Conſt. d.* 41.

VIII. *Servandus* eſt in impenſis funerum *modus* pro facultatibus & dignitate defuncti *l.* 12. §. 5. *ff. h.* ita, ut nec æquo majores nec minores fiant impenſæ *l.* 14. §. 6. 10. *ff. h.* licet illud teſtator voluerit *d.* §. 6. quod arbitrio judicis relinquendum *d.* §. 10. BERL. *Concl.* 64. *num.* 91. FRANZ. *C. ff. h. n.* 22. in ſpecie vero notandum (1.) quod *ornamenta cum corporibus condenda non ſint d. l.* 14. §. 5. *h.* etiamſi id defuncti deſideraverint *l.* 113. §. 5. *ff. de leg.* 1. *d. l.* 14. §. 6. *ff. h.* quod tamen ob perſonæ facultates, dignitatemque aliasque circumſtantias permitti poteſt. *v. c.*

2. *X.*

2. X. *de Uſu pall.* v. CARPZ. *Juriſpr. Conſ. d.* 392. SCHILT. *Inſt. I. Can. l.* 2. *t.* 14. §. 13. (2.) quod *inter impenſas funerum referenda non ſint convivia,* quæ poſt funus parantur, niſi conſuetudine aliud receptum ſit. HAHN. ad WES. *h. t. n.* 6. (3.) quod ab impenſis funeralibus *excludendi ſint ſumtus in curationem morbi,* ex quo non deceſſit defunctus, *facti.* RICHT. *d. Jur. & Priv. Cred. c.* 2. *m.* 4. *n.* 12. Si mors ex eod. inſecuta eſt, idem Jure Civ. WISS. *h. th.* 23. *diſſ.* HAHN. *c. l.* BERL. *c. n.* 95. non Saxonico ſtatuendum erit. *v. B.* 1. *C. E.* 28. HAHN. *c. l.* RICHT. *c. l.* BERL. *c. l.* CARPZ. *C. d.* 45.

IX. *Impenſæ funerum gaudent privilegio prælationis* ante quosvis hypothecarios *I. C. l.* 45. *l.* 14. § 1. *ff. h.* WISS. *d. th.* 23. FRANZ. *C. ff. h. t. n.* 29. & *Saxon.* per *Part.* 1. *C.* 18. *ubi Dd. ſupra cit.* Cui locus eſt ſive familiæ herciſcundæ aut alia, ſive funeraria actione, de qua hoc titulo agitur, ſumtus funeris cauſa facti petantur. *l.* 17. *pr. ff. de reb. auct. jud. poſſ. Et ſi* autem *actio funeraria* actio perſonalis *v. l.* 1. *ff. h* Prætoria *l.* 12 §. 2. Subſidiaria *l.* 14. §. 12. *ff. h.* Privilegiata. *l.* 5. *ff. h.* qua is, qui ſumptum in funus animo repetendi fecit. *l.* 14. §. 7. *ff. h.* experitur adverſus eos, ad quos funus pertinet, ut puta adverſus heredem, bonorumve Poſſeſſoem, cæterosque ſucceſſores. *l.* 14. §. *f. ff. h.* ad hoc, ut reſtituatur. *l.* 17. §. 2. *ff. h. v. plur.* MAGNIF. AUCT. *S. I. C. Ex.* 15. *th.* 84. FRANZ. *h. num.* 26. & *ſeqq.*

DE

## DE MORTUO INFERENDO ET SEPULCRO ÆDIFICANDO.
### L. 11. ff. t. 8.

X. Defunctorum ſepulturam adjuvat Prætor *duplici inderdicto. Primum* eſt *de Mortuo inferendo* prohibitorium *l.* 1. *§.*4. *ff.h.* & competit illi, qui prohibetur mortuum in locum, in quem inferendi jus habet, inferre *l.* 1. *ff. h.* adverſus eum, qui inferre impedit, ad hoc,ut prohibere deſinat *d. l.* 1. Uſus hujus interdicti eluceſcit quando ob inundationem, hoſtilitatem, aut ſimilem cauſam, via publica uti non licet,& per vicini prohibentis prædium transeundum eſt. MAGNIF. AUCT. *S.I.C. Ex.* 15. *th.* 96.

XI. *Alterum interdictum de ſepulchro ædificando* conceptum datur ei, cui jus eſt inferendi mortuum in locum aliquem, adverſus illum,qui in eod. ſepulchrum ædificare prohibet,ut a prohibitione deſiſtat. *l.* 1. *§.* 5. *ff. h.* Prohibere hic dicitur, qui prohibet convehi materiam ædificio neceſſariam *l.* 1. §. 8. *ff.* Adhiberi adverſus eos poteſt,qui exornare aut exſtruere monumenta prohibent. *v. l.*7. *C. de Relig.* & CARPZ. *Iuriſpr. Conſ. p.* 392. *in Præiud.*

## *TIT. II.*
## DE USUFRUCTU ACCRESCENDO.
### L. 7. ff. t. 2.

E ſpeciebus Iuris in re dominium illiusque ac-

acquirendi modos Iuris Gentium explicuit AUCTOR MAGNIF. hinc antequam modos acquirendi Civiles traderet, res in patrimonio exiſtentes in corporales & incorporales diſtinxit, & ex incorporalibus poſt ſervitutes reales propoſuit perſonales; atque in ſpecie uſumfructum, de quo prætermittenda non ſunt ſequentia.

I. Quando Uſusfructus pluribus a Teſtatore conjunctim relictus eſt, conjunctione ſive re, ſive verbis, ſive re & verbis ſimul facta, deficientis & conjuncti pars reliquis conjunctis accreſcit *v. l* 1. *ff. h. j. l.* 142. *ff. de V. S.* CARPZ. *P.* 3. *C.* 2. *d.* 14. 25. Hoc *jus accreſcendi deſcribi poteſt*, quod ſit jus capiendi partem ejus, qui conjunctus eſt, ſed non concurrit. Modos accreſcendi *v. Iurispr. L.* 2. *t.* 23. *a.* 18. Quia vero conjunctio ad *accreſcendi ius* requiritur, *non obtinet* illud (1.) quando uſusfructus duobus alternis annis relictus eſt *l.* 2. *ff. Quib. mod. uſusfr.* (2.) quando ſeparatim unicuique partis rei uſusfructus eſt relictus *l.* 3 *ff. h.* (3.) quando a diverſis heredibus legatus eſt uſusfructus. *l.* 11. *l.* 12. *ff h.*

II. *In Uſufructu peculiare eſt* (1.) quod ob concurſum diviſus & iterum amiſſus uſusfructus, non ad proprietarium ſed conjunctum perveniat. *l.* 1. §. 3. *ff h.* (2.) quod uſusfructus conjuncto accreſcat, licet ille uſumfructum amiſerit, nam perſonæ accreſcit. *l.* 10. *ff. h. v.* DON. *en. l.* 10. *c.* 23.

 Quan-

## QUANDO DIES USUSFRUCTUS LEGATI CEDAT.

L. 7. ff. t. 3.

III. Quoniam uſusfructus ad heredes non tranſit, nec ante hereditatem aditam conſtitui poteſt, illius pure legati dies *adita* demum *hereditate* cedit. *l. un.* §. 1. *ff. h. l.* 2. *l.* 3. *ff. Quando dies leg. ced.* idemque obtinet, cum ex die legatus eſt uſusfructus, unde nihil facere dicitur, qui ante diem agit, quamvis alias, qui ante diem agit, male agat. *d. l. un.* §. 4. *ff. h.* FRANZ. *C. ff. h. t. n.* 6.

## DE OPERIS SERVORUM.

L. 7. ff. t. 7.

IV. *Operæ ſervi* cum uſufructu nonnihil commune habent. *l.* 4. §. 1. *ff. h.* proprie tamen tam ab uſufructu quam uſu *differunt, ab utroque* diei ceſſione. *l.* 7. *ff. de uſu & uſufr. leg.* & amiſſione *l.* 7. *ff. eod. ab alterutro* diſtant, ut *ab uſufructu*, dum vi illius ex re & operis ſervorum quæſita ad uſufructuarium pertinent, §. 4. *I. per quas perſ.* ex operis parta ſolum ad eum, qui operas habet, ſpectant. *l.* 4. *ff. h. ab uſu* operæ ſunt diverſæ, nam jus locandi operas ei, cui debentur operæ, competit. *l.* 2. *ff. de uſu & uſufr. leg.* non uſuario §. 2. *J. de uſu & habit.* FRANZ. HAHN. WISS. STRUV. *h. t. th.* 53.

*TIT.*

## *TIT. III.*

***Inter modos acquirendi civiles refertur uſucapio, quæ cum requirat iuſtum titulum, de nonnullis titulis ſpecialiter agi & deinde, quæ circa præſcriptiones temporales notari merentur, adjici convenit.***

### PRO EMTORE.
L. 41. ff. t. 4.

I. *Pro emtore uſucapit* is, *qui* revera *emit. l.* 2. *ff. h.* aut pro emtore habetur, ut qui litis æſtimationem obtulit *l.* 1. *ff. h. dummodo* emerit (1.) *bona fide*, quæ requiritur tempore contractus & traditionis *l.* 2. *ff h.* WISS. C. *ff. h. t.* (2.) *pure* i. e. non ſub conditione ſuſpenſiva *l.* 2. §. 2 *ff h* (3) *Pretium ſit ſolutum* vel ejus nomine ſit ſatisfactum *a.* § 41. *I de R. D.* (4.) emat *a perſona* vendere *non prohibita. l.* 1. C. *h.* nec luxurioſa & protinus ſcorto pecuniam datura *l.* 8. *ff. h.* ECK. *h. t.*

### PRO DONATO. L. 41. ff. t. 6.

II. *Pro Donato* uſucapitur res aliena vere donata *l.* 1. *ff. h. ad* uſucapionem habilis *l.* 2. *C. h.* bona fide accepta *l.* 1. *C. h.* & donari non prohibita *v. l.* 1. *f. ff. h.*

### PRO DERELICTO L. 41. ff t. 7.

III. *Uſucapio pro derelicto* locum habet quando res aliena *l.* 3. *l* 5. §. 1. *ff. h* vere pro derelicto habita *l* 6. *ff. h.* i. e. ea mente abjecta eſt, ut dominus eam in numero rerum ſuarum eſſe nolit. *§. 46. I. de R. D.*

PRO LEGATO. L. 41. ff. t. 8.

IV. *Facultatem uſucapiendi pro legato habet* is, cui res aliena *l. 4. ff. h.* vere legata *l. 2.* & tradita, vel is, a quo ſine vitio apprehenſa eſt *l. 5. l. 8. ff. h.*

PRO DOTE. L. 41. ff. t. 9.

V. Res aliena marito in dotem data, ſive mobilis ſive immobilis, *pro dote uſucapitur l. 1. §. 2. ff. h.* WIS. *h.* modo matrimonium ſubſiſtat. *l. 1. §. 1. ff. h.* & dos non æſtimata venditionis gratia pure detur. *l. 2. ff. h. l. 10. §. 4. ff. de Iur. dot. j. l. 41. §. 1. ff. eod.*

PRO SUO. L. 41. ff. t. 10.

VI. *Titulus generalis pro ſuo* cum reliquis concurrit *l. 1. ff. h. l. 27. ff. de uſurp. & uſur.* Titulus *ſpecialis* dominium parit ex æquitate alio titulo deficiente: ut cum quis cervum alienum manſuetum inſtar feri, aut avem manſuetam inſtar feræ in ſylva capit. *l. 2. ff. v.* HAHN. *h.*

*De Diverſis temporalibus præſcriptionibus & acceſſionibus poſſeſſionum L. 44. ff. t. 3.*

Titulis ad uſucapiendum habilibus perpenſis, reliquum eſt ut ad præſcriptiones temporales earumque acceſſiones progrediamur.

VII. *Præſcriptiones temporales ſunt vel dierum vel menſium vel annorum.* Ita *triduo* præſcribitur juri legendæ glandis (i. e. cujuslibet fructus) quæ in vicini agrum decidit. *l. un. ff. de gland. leg. Jure Sax.* fructus hos vicino ſta-

tim

tim acquiri ſtatuit CARPZ. P. 3. C. 32. d. 21. item Iuri corrigendi errorem Advocati, domino litis præſente commiſſum *l. 1. C. de err. adv. Decendio* præſcribitur appellationi. AUTH. *Hodie C. de Appell.* Leuterationi *O.P.S.t.39. pr.* Supplicationi. AUTH. *Quæ ſupplicatio C. de Prec. imp. off.* Remedium ſupplicationis Jure Saxonico non admittitur *O P.S. t.* 37. Spatio *quindecim dierum* præſcribitur probationi Exceptionis ſpolii, *c.* 1. *de reſt. ſpol. 6. O.P.S. t.* 11. §. deßgleichen *P.* 1. *C. El. 6. & ibid.* CARPZ. *d.* 12 Lapſu *triginta dierum* præſcribitur exceptioni non numeratæ pecuniæ adverſus apocham. *l.* 14. §. 2. C. *de Non num pec.* CARPZ. P. 2. C. 29. *d.* 19. nec non Apoſtolis petendis. *l.* 24. C. *de Appell.* etiam Jure Saxon. CARPZ. *Proc. T.* 18. *art.* 3. *n.* 43. 46.

VIII. *Menſium præſcriptio* obtinet in Jure protimiſeos, quo Dominus Emphyteuſeos cadit poſt emenſa *duorum menſium* ſpatia a tempore oblatæ rei Emphyteuticæ ad emendum *l.* 3. C. *de Iur. Emphyt.* Inventarium *intra 60. dies* perficiendum *l.* 22. §. 2. C. *de Iur. del.* & Electio Epiſcopi intra *ſex menſes* expedienda eſt *N.* 123. *c.* 1. Apud nos dicto tempore elapſo & nondum electo Paſtoratus ſucceſſore, Patrono præſentationem intra certum tempus faciendam cum clauſula comminatoria injungi a Conſiſtoriis, docet SCHILT. *Inſt. Jur. Can. l.* 1. *t.* 13 §. 38.

IX. *Præſcriptio annorum* varia eſt. Tempus

*unius anni* appellationi juſtificandæ præfixum Iure Civ. *Auth. Ei qui C. de Temp. & repar. appel.* & Saxon. CARPZOV. *Proc. t.* 18. *art.* 5. *n.* 8. *ſeqq.* Iure Sax. reluendo pignori, creditori licitanti addicto, annus civilis ſtatutus eſt *O. P. S. Tit.* 39. §. damit ꝛc. *Dec. El. Nov.* 11. Actiones item Prætoriæ pœnales anno extinguuntur *l.* 35. *ff. de O. & A.* rei perſecutoriæ, non aliter atque civiles, ſunt perpetuæ i.e. 30. annos durant *d. l. pr. J. de perp. & temp. action. Biennium* Exceptioni non numeratæ pecuniæ. *l.* 14. C. *de non num. pec.* dolique actioni. *l.* 8. C. *de dol. mal.* definitum. *Triennio* uſucapiuntur mobilia. *pr. I. de Uſucap. Quadriennio* reſtitutioni in integrum præſcribitur ſecundum *l.* 7. C. *de Temp. in int. reſt. Quinquennio* querela inofficioſi teſtamenti. *l.* 34. §. *f.* C. *de Inoff. teſt.* Querela inofficioſæ donationis *l. f.* C. *de inoff. don.* & jus revocandi rem minoris, titulo oneroſo ſine decreto alienatam, ſi minor major factus tamdiu tacuerit, exſpirat. *l. f.* C. *ſi maj. fact. al. fact.* HAHN. ad WES. *h. t.* MAGNIF. AUCT. *S. I. C. h. t. th.* 28.

X. *Tempus*, de quo varie dictum, vel eſt continuum vel utile. *Continuum eſt*, quod ſine intermiſſione etiam ignoranti currit. *a. l.* 5. C. *de fer. l.* 10. *ff. de Excuſ. tut. j. l.* 8. *ff. de his qui not. infam.* huc quodammodo referri poteſt decendium Appellationis. *Utile eſt*, quod non niſi ſcienti & experiendi poteſtatem habenti currit, quæ facultas agendi compete-

re

re debet tam ratione Actoris & Rei, quam Judicis. *l.55.ff. de Ædil. edict. l.1. l.4. ff. h.* datur & tempus *mixtum:* nam quadriennium reſtitutioni præfinitum eſt ratione initii utile, ratione curſus continuum *l.7.C.de Temp. in int. reſt. j. l.1. ff. Ex quib. cauſ. mai.* ECK. *C.ff.t. de in integrum reſt.* §.9. Præterea tempus vel naturaliter vel civiliter *currit, naturaliter* a momento in momentum: ut tempus minorennitatis *l. 3. §. 3. ff. de Minor. Civiliter* ita, ut dies cœptus pro completo habeatur, ut in emancipatione *l. 17. ff. h.*

XI. Acceſſio eſt temporis conjunctio inter diverſos continuosque poſſeſſores *l. 51. §. 1. ſeqq. ff. h.* de ea tractatum a MAGNIF. AUCT. *l. 2. t. 9. a. 15.*

## TIT. IV.

## SI QUIS OMMISSA CAUSA TESTAMENTI AB INTESTATO VEL ALIO MODO POSSIDEAT HEREDITATEM.

L. 29. ff. t. 4.

A dominio ſingulari tranſitus fit ad dominium univerſale, ſeu Jus hereditarium, quod heredis inſtitutione Teſtamento facta quæritur; cum vero ultimam voluntatem conſervari publice expediat *l. 5. ff. Teſt. quemad. aper.* ne eadem temere circumveniretur, cautum eſt.

I. *Si heres, qui teſtamento poteſt obtinere hereditatem l.* 2. *C. h. dolo malo* in fraudem eorum, quibus quid eo Teſtamento relictum eſt *l.* 1. §. 11. *ff. h. velit ab inteſtato ſuccedere* vel pecunia accepta hereditatem prætermittere *l.* 2. *ff. h. conceditur adverſus eum actio* perſonalis *utilis ex teſtamento l.* 29. *l.* 30. *l.* 12. §. 1. *l.* 24. *ff. h.* rei perſecutoria, quæ datur iis, quibus quid teſtamento relictum eſt eorumque heredibus, adverſus eum, qui in fraudem eorum, quibus quid ex ultima voluntate defuncti præſtandum eſt, dolo malo ab inteſtato poſſidet hereditatem, ad hoc, ut relicta præſtet *dd. ll.* Quæ actio, cum adverſus heredem ſcriptum, dolo malo ab inteſtato ſuccedentem competat, per *N.* 115. *c.* 3. qua, concidente teſtamento, legata conſervantur, non eſt abrogata. HAHN. ad WES. *h. verb. Nam.*

## DE SCTO SILANIANO ET CLAUDIANO QUORUM TESTAMENTA NE APERIANTUR.

L. 29. t. 5.

II. *Ut teſtamenta* pleniſſimum habere queant effectum, *aperienda ſunt, niſi prohibeantur aperiri.* Quod accidit, cum teſtator vi occiſus *l.* 1. §. 17. *ff. h.* & nec de illius Familia publica quæſtio habita. *l.* 1. nec ſupplicium de noxiis ſumtum eſt. *l.* 3. §. 18. *ff. h. Pœna aperi ntis contra SCtum* Silan. & Claud. *aut hereditia-*

*ditatem adeuntis* eſt, quod, ſi quid illi relictum eſt, fiſco addicatur *l.* 5. §. 2. *ff. h. j. l.* 3. §. 18. 29. Si nihil relictum, actione populari ad præſtandos 100. aureos convenitur, quorum 50. fiſco inferuntur, 50. actori cedunt. *l.* 25. §. 2. *ff. h.* Necem defuncti ſciens & non vindicans heres hereditate ſe indignum reddit. *l.* 22. *ff. h. l.* 17. *ff. de his, quæ ut ind. Hodie* eam privationis pœnam non obtinere ſtatuit CARPZOV. *prax. Crim. P.* 1. *q.* 34. *num.* 77. *ſeqq.* ita tamen, ut heredes locupletem hereditatem capientes ad ſumtus inquiſitionis ſuppeditandos adſtricti ſint it. *d. C. d.* 11. ſed hoc tum demum obtinere crediderim, quando ſine heredum denunciatione magiſtratus inquirendi occaſionem habet.

## DE PECULIO LEGATO.

L. 33. ff. t. 8.

III. Acceſſoria Teſtamenti ſunt Legata. Legari vero queunt non tantum, quæ ipſi, ſed etiam quæ per alios tenemus, ut *peculiaria v. l.* 93. *ff. d. R. I.* quæ *ſervum legatum ſequuntur l.* 24. *ff. h.* peculii autem acceſſiones etiam extra peculium naſcentes, cum illud ipſi ſervo relictum eſt, ſervo, non vero extraneo, cui legatum eſt, cedunt *l.* 8. §. *f. ff. h.*

## DE REBUS DUBIIS. L. 34. ff. t. 5.

IV. Ne Legata relicta intereant, *verba du-*

*bia interpretatione adjuvanda ſunt. l.* 12. *ff. d. R. J.* Principaliter vero *proprius* verborum *ſenſus* ſpectandus eſt. *l* 69. *ff. de leg.* 3. qui ſi a teſtatoris mente alienus eſſe videtur, ad uſum Teſtatoris & regionis reſpiciendum erit. *l.* 1. *ff. de Trit. vin ol. l.* 18. §. 3. *ff. de inſt. vel inſtr.* imo etiam *improprie* verba capi poſſunt ad voluntatis conſervationem *l.* 12. *ff. h.* quoties autem verba voluntati nullo poſſunt applicari modo, legatum perit. *l.* 7. §. 2. *ff. de Supell. leg. l.* 3. *ff. h.*

V. Sicuti verba, ita etiam *res dubiæ* interpretationem requirunt. Quod accidit, *quando plures perſonæ deceſſerunt*, & quænam alteri ſupervixerit, ignoratur. e. g. Si duo fratres incendio, terræ motu, naufragio, peſte &c. perierunt, regulariter *neuter alteri ſupervixiſſe videtur, v.* CARPZ. *P.* 3. *C.* 17. *d.* 13. *l.* 18. *ff. h. quod limitatur, quoties* ex circumſtantiis *alia præſumptio* inducitur, ut *perſonarum imbecillitate*: ita filius impubes, non pubes, in dubio ante Patrem *l.* 9. §. 4. *ff. h.* matremque *l.* 22. deceſſiſſe præſumitur. CARPZ. *P.* 3. *C.* 17. *d.* 10. atque inter maritum & uxorem uxor prius mortua eſſe creditur. *dd ll j. l.* 9. §. 3. *ff. h.* CARPZ. *c. l. d.* 12. niſi contrarium probetur *d. l.* 9. §. 4. *ff. h.* etiam per unum teſtem, qui rejiciendus non eſt. CARPZ. *d.* 15. Item *favore fideicommiſſi.* ut extitiſſe putetur conditio adjecta: ſi ſine liberis deceſſerit, pater filio ſuperſtes fuiſſe exiſtimatur. *l.* 17. §. 7. *ff. ad SCT.*

*Treb.*

*Treb.* v. CARPZ. *P.* 1. *dec.* 19. *j.* WISS. *P.* 2. *d.* 6. *th.* 21.

## DE REGULA CATONIANA.

L. 34. ff. t. 7.

VI. *Legata* inania ſunt, *quæ ab initio non ſubſiſtunt*, nam *ex poſt facto non convaleſcunt*, per regulam Catonianam. *l.* 1. *ff. h.* cui etiam in hereditatibus locus eſt. *l.* 210. *ff. R. I.* HAHN. ad WES. *h. n.* 4. ſed Regula Caton. non obtinet in legatis, quorum dies demum poſt aditam hereditatem cedit. *l.* 3. *ff. h.* neque in inſtitutionibus conditionalibus aut novis legibus *l.* 4. *l.* 5. *ff. h.*

## DE HIS, QUÆ PRO NON SCRIPTIS HABENTUR.

L. 34. ff. t. 8.

VII. Intereunt Legata quando pro non ſcriptis habentur, veluti cum incapaci *l.* 3. *ff. h.* in rebus humanis non exiſtenti, relinquuntur *l.* 4. *ff. h.* vel legatum in eam cauſam pervenit, a qua incipere non poteſt. *l.* 3. §. 2. *ff. h.* item *quoties ſibi quis legatum in teſtamento vel codicillis adſcribit.* l. 5. *ff. h. l.* 2. *C. de his, qui ſibi adſc.* neque intereſt, utrum teſtamentum ſcriptum, an nuncupatorium, in ſcripturam redactum ſit. HAHN. ad WES. *h. v. Sed.* niſi Teſtator, adſcribente ſibi extraneo, ſpecialem, in poteſtate

ſtate conſtituto, generalem adhibeat ſubſcriptionem, qua legatum ſuo juſſu ſcriptum eſſe teſtetur *l.* 14. *l.* 15. §. 1. *ff. ad L. Corn. de falſ. d. l.* 1. *C.* CARPZ. *P.* 3. *C.* 3. *d.* 9. ANT. MATTH. *de Crim. l.* 48. *t.* 7. *c.* 1. *n.* 4. ubi appoſitum ſigillum generalis ſubſcriptionis vice non fungitur. CARPZ. *c. l. d.* 10.

## SI CUI PLUS QVAM PER LEGEM FALCIDIAM LICUERIT, LEGATUM ESSE DICATUR.

L. 35. ff. t. 3.

VIII. Denique imminuuntur aut tolluntur legata, ſi plus, quam per legem Falcidiam licuerit, relictum eſt, de quo cum non raro juſte dubitari poſſit, *ſubvenit Prætor heredi, ut ei Legatarius ſatisdet*, ut ſi apparuerit, eum amplius Legatorum nomine cepiſſe, quam e Lege Falcidia capere licet, quanti ea res erit, tantam pecuniam det, dolusque malus ab eo abſit. *l.* 1. *ff. h.* nam lex Falcidia facit, ut nonnunquam pars Legati, nonnunquam totum legatum revocari poſſit *d. l.* 1. §. 11.

IX. Hæc ſatisdatio etiam in mortis cauſa donationibus obtinet. *l.* 1. §. 10. *ff. h.* ab ea tamen liber eſt fiſcus. *l.* 3. §. 5. *ff. h.* pauper *l.* 6. & is cui minuta alimenta ſunt relicta. *l.* 3. §. 4. *ff. h.*

TIT.

## *TIT. V.*

## AD SCTUM TERTULLIANUM ET ORPHITIANUM.

*L.* 38. ff. t. 17.

I. Deficiente Teſtamento *iuri ſuccedendi ab inteſtato* locus eſt, quod *vel a lege vel a Prætore dependet. A Lege* datum olim anguſtis limitibus incluſum erat: nam Lex XII. Tabb. ſuos tantum & legitimos heredes i. e. agnatos vocabat §. 1. *I. de hered. quæ ab inteſt. pr. I. de legit. agn. ſucceſſ.* Quæ Iuris anguſtiæ emendatæ ſunt, cum SCto Tertulliano mater ingenua trium liberorum jus habens, libertina quatuor, ad ſucceſſionem filiorum filiarumve ab inteſtato admiſſa eſt in ſolatium liberorum amiſſorum *§.* 1. *§.* 2. *I. ad SCT. Tertull.* & *SCt.* Orphitiano liberi ad bona matrum inteſtatarum vocati. *pr. I. de SCT. Orphit.* Tandemque per *Nov.* 118. jus illud ſucceſſionis ad æquitatem plenius exactum extenſumque eſt. *v.* MAGNIF. AUT. *l.* 2. *t.* 30. *aph.* 3.

## DE GRADIBUS ET AFFINIBUS ET NOMINIBUS EORUM.

L. 38. ff. t. 10.

II. Cum vero ad intelligendas ſucceſſiones, tam legitimas quam Prætorias, neceſſaria ſit graduum cognitio. *l.* 10. *ff. de Grad. & affin.* de illis vero per computationem conſtet,

ſtet, præmittendum videtur, quod *Computatio graduum ſit* inveſtigatio, quoto gradu a ſe invicem perſonæ in conſanguinitate vel affinitate diſtent. Hæc fieri vulgo ſolet in ſchemate, arboris formam repræſentante, quæ *Arbor dici poteſt* ocularis demonſtratio graduum, quibus perſonæ inter ſe diſtant; eaque *eſt vel conſanguinitatis vel affinitatis. Conſanguinitas eſt* vinculum perſonarum a communi ſtirpe provenientium, carnali propagatione contractum. *Affinitas eſt* conjunctio perſonarum inter ſe conjunctarum, per juſtas nuptias inter uxorem & mariti conſanguineos, inter maritum & uxoris conſanguineos contracta. *l.* 4. §. 8. 3. *ff. h. §.* 9. *I. de Nupt. c.* 1. *X. de Conſang. vel affin.* Tam in arbore conſanguinitatis quam affinitatis diverſæ ſunt lineæ, lineæque gradus continent. *Linea eſt* collectio perſonarum inter ſe conjunctarum; gradus numero diſcernens. Linea *eſt vel recta vel obliqua* ſeu collateralis. *Recta* quæ perſonas generantes & generatas complectitur, eaque cum a perſona generata ſeu deſcendente ad perſonam generantem ſeu aſcendentem aſcendimus, *ſuperior ſeu aſcendens*, cum a perſona generante ſeu aſcendente ad perſonam generatam ſeu deſcendentem deſcendimus, *inferior ſeu deſcendens* appellatur *v. l.* 9. *ff. h. Linea Collateralis*, quæ etiam obliquæ & Tranſverſalis nomine venit, *eſt*, quæ perſonas a latere junctas complectitur, cum eas nec gene-

rave-

raverimus, nec illæ a nobis generatæ ſint. e. g. fratres & ſorores. Hæc Jur. Can. *eſt vel æqualis vel inæqualis. Æqualis* eſt, in qua perſonæ æquali ſ. pari gradu a communi ſtirpe diſtant. *Inæqualis*, in qua perſonæ inæquales impari gradu a communi ſtirpe diſtant, ita, ut altera perſona ſtipiti propior, altera remotior ſit. *Gradus eſt* diſtantia proxima unius perſonæ ab altera, per generationem conſtituta §. 7. *I. de Grad.* unde apparet in conſanguinitate proprie, in affinitate improprie dictos gradus reperiri. *l.* 4. *§.* 5. *j. l.* 10. *ff. h.*

III. *Computatio graduum dividitur in Civilem*, quæ fit ſecundum regulam juris Civilis, & *Canonicam*, quæ fit ſecundum regulas Juris Canonici. Addunt nonnulli Saxonicam ex L. R. *l.* 1. *art.* 3. Sed J. Sax. a computatione Juris Civ. aut Canonici non receditur. CARPZ. *de Uſu Arb. Conſangu. D.* 1. *tb.* 13. Si excipias caſum ſucceſſionis, quod frater ex uno latere uno gradu remotior eſſe putatur. *v.* RITTERSH. *de Diff. I.* C. *& Can. l.* 1. *c.* 6. *Iure Civili* computatur juxta unicam generalemque regulam: *Quot ſunt generationes, tot gradus.* §. 7. *I. h. v. l.* 10. *§.* 9. *ff. h. In computatione Juris Canonici* & quidem *in linea recta* obtinet regula: *Quot ſunt perſonæ, tot gradus, ſtipite demto*, quæ in effectu cum ea, quæ ex Jure Civili tradita eſt, convenit. *In Linea obliqua æquali* obtinet hæc regula: *Quoto gradu alterutra perſona, de cujus cognatione qua-*

*quæritur, diſtat a communi ſtipite, eod. gradu eæ perſonæ diſtant inter ſe. In linea obliqua inæquali* obtinet hæc: *Quoto gradu perſona remotior* ex iis, quarum conjunctio inveſtigatur, *diſtat a communi ſtipite, eo diſtant inter ſe. c. 9. X. de Conſang. & Affin. c. 4. cum ſeqq. XXXV. q. 5. v.* CARPZ. *tr. de Uſu Arb. Conſang. D. th.* 18. 11. SCHILT. *Inſt. Jur. Can. l. 2. t. 10. §. 24.*

IV. Prætereundum hoc loco non eſt, quod *Canoniſtæ* vulgo *Affinitatis tria genera conſtituant. Primum genus eſt*, quod per perſonam, conſanguinitate junctam, mediantibus nuptiis contrahitur. Ita ſororis meæ maritus eſt mihi in primo genere Affinitatis. *Secundum eſt*, quod per perſonam, primo genere Affinitatis junctam, mediantibus nuptiis contrahitur. Ita Sororis meæ defunctæ relicti mariti uxor eſt mihi in ſecundo genere Affinitatis. *Tertium eſt*, quod per perſonam, ſecundo genere Affinitatis junctam, intervenientibus nuptiis contrahitur. Ita ſororis meæ præmortuæ relicti mariti uxoris relictæ ſecundus maritus eſt mihi in tertio genere Affinitatis. *v. c. 8. X. de Conſanguin. & Affin. Per* hæc *diverſa affinitatis genera* autem *modus attinentiæ*, ut loquuntur, *non gradus mutatur.* CARPZ. *P. 4. C. 38. d. 5. n. 7.* Cæterum in Affinitate eadem eſt computationis ratio, quæ in conſanguinitate. PHIL. *Uſu Pract. Inſt. l. 1. Ecl. 66.* dummodo attendatur Regula: *Quoto gradu conſanguinei uxoris uxori junguntur in Conſangui-*

*ſanguinitate, eodem marito junguntur in Affinitate*, & vice verſa: *Quoto gradu conſanguinei mariti marito iunguntur in Conſanguinitate, eodem uxori iunguntur in affinitate. c. 5. X. de Conſang. & Affin.* CARPZOV. *c. l. th.* 17. 20. SCHILT. *Inſt. Jur. Can. theſ* 35. *& ſeqq.* RITTERSH. *de Diff. J. Civ. & Can.* 6.

V. Utraque *Computatio* in uſu eſt, at in diverſis materiis: nam *Canonica in matrimonialibus* vulgo *recepta eſt*, præcipue cum cauſarum matrimonialium cognitionem ſuam, conniventibus Principibus, fecerint Pontifices. *v.* ZIEGL. *ad Inſt.* LANC. *l.* 2. *t.* 13. *p.* 439. uti *de Jure Sax.* teſtatur Die Kirchen-Ordnung. *Tit. ſpec.* welche Perſonen ſich in Ehegelöbniß mit einander einzulaſſen verboten: CARPZ. *Iuriſpr. Conſ. l.* 2. *d.* 75. eadem computatio *apud Saxones in criminalibus* attendi ſolet; ut in parricidio, inceſtu &c. excepto furto domeſtico, per *Nov. Conſt. El.* 6. *Computatio civilis* autem *in Tutelis & ſucceſſionibus* utpote Judicis ſecularis cognitioni ſemper relictis, *obſervatur v.* CARPZOV. *Uſ. Arb. Conſ. D.* 1. *th.* 13. 14. 15. ZIEGL. *c. l.* ROSBACH. *de compar. J. C. & Can. t.* 6 *num.* 2. 3.

VI. Nomina conſanguineorum in linea recta & transverſa *v. in l.* 10. §. 12. *ſeqq. ff. h. l.* 1. §. 3. *ff. eod.* Nomina affinium vero in *l.* 4. §. 4. *& ſeqq.* Ad calcem hujus tituli poſt computationem etiam *Probibitionem graduum* annectere placet. *In linea recta conſanguinitatis &*

*affinitatis prohibitæ ſunt nuptiæ inter parentes & liberos* (quibus ſuſceptores cum ſuſceptis e Baptiſmo apud nos non annumerandi ſunt, PHILIPP. *Uſu Pract. Inſt. l.* 1. *Ecl.* 62.) *in infinitum* §. 1. *I. de Nupt. l.* 17. *C. eod. ſecundum Ius Civile, Canonicum, Saxonicum: in linea obliqua* conſanguinitatis & affinitatis *ſecundum jus civile inter fratres & ſorores, item perſonas, quæ ſibi invicem ſunt Parentum loco, prohibitæ ſunt nuptiæ.* §. 2. *I. de Nupt. l.* 39. *ff. de rit. nupt. j. c.* 1. *X. de Conſang. & Affin.* Dicitur autem parentis loco eſſe, qui proxime ſubeſt communi ſtipiti, a quo alter ipſo eſt remotior. *Jus Saxonicum* ulterius progreditur *nuptiasque interdicit* tam in conſanguinitate quam affinitate *usque* ad *Gradum tertium lineæ collateralis inæqualis*, ipſo gradu tertio lineæ collateralis inæqualis incluſo. Kirchen-Ordnung. *Tit. cit. ſpec.* Welche Perſonen ſich in Ehegelöbniß ꝛc. quod idem non tam Jure Can. quam *Uſu Saxonico* in affinitatis genere primo & ſecundo, non tamen tertio, ſtatuendum eſt, *v.* CARPZ. *tr. de uſ. Arb. Conſ. d.* 1. *th.* 42. 43. 44. Confer. tamen PHIL. *Uſ. Pract. Inſt. l.* 1. *Ecl.* 67. Imo *jus Canonicum matrimonia prohibet* in conſanguinitate & affinitate *usque ad gradum quartum lineæ collateralis æqualis incluſive c.* 8. *X. de Conſ. & affin.* Exempla prohibitionum *v. ap.* AUCT. MAGNIF. *l.* 1. *t.* 6. *a.* 5. *ſeqq. v.* ZIEGL. *c. l. v. & tertio. v. Quartum* SCHILT. *c. l.* §. 22.

*TIT.*

## TIT. VI.

I. Poſt legitimam ſucceſſionem accedendum ad Prætoriam ſ. *Bonorum poſſeſſionem, quæ vel ordinaria eſt* & certo jure atque ordine certis perſonis defertur. *v. l.* 3. §. 15. *ff. de Carb. Ed. vel extraordinaria* & extra certum ordinem quibusdam accommodatur. VIN. *ad.* §. 3. *J. de Bon. Poſſ. Ordinariæ* bonorum poſſeſſioni locus eſt, vel *tabulis teſtamenti extantibus*, vel non extantibus. Extare autem Teſtamenta dicuntur non tantum quando ſuperſunt legique poſſunt, ſed etiam ſi poſtea prolata deleta ſunt. *l. un. ff. ſi tab. teſt. ext.* Cum vero *tempus bonorum poſſeſſionis petendæ* ſtatutum ſcientibus ſit præfinitum, *nec furioſo, nec infanti*, curatore & parente licet ſciente, *cedit. l.* 1. *ff. de bon. poſſ. fur.* Non idem in muto, ſurdo & cœco intelligente obtinet. *l.* 2. *ff. eod.*

L. 37. ff. t. 2. ſi tabb. teſt. ext.

L. 37. ff. t. 3. de bon. poſſeſſ. furioſo, infanti, muto, ſurdo, cœco competente.

II. Extantibus teſtamenti Tabulis bonorum poſſeſſio vel ſecundum tabulas, vel contra tabulas defertur. *Bonorum poſſeſſionem contra tabulas* impetrant liberi præteriti, non tantum emancipati. *l.* 1. § 6 *ff. de bon. poſſ. cont. tab.* ſed etiam ſui, quod hodieque obtinet HAHN. *h. t. num.* 3. *v. l.* 12. §. 1. *ff. h.* & adoptivi, in poteſtate patris adoptivi tempore mortis exiſtentes *l.* 1. *pr.* & §. 5. *ff. eod.* Quamvis autem per bonorum poſſeſſionem contra tabulas, infirmato teſtamento, etiam legata corruant, *certis* tamen *perſonis*, ut liberis, parentibus,

L. 37. ff. t. 4 de bonorum poſſeſſione contra tabulas.

L. 37. ff. t. 5. de Legatis præſtandis, contra ta-

bulas bon. poſſ. petita.

L. 37. ff. t. 8. de conjungendis cum emanc. lib. ejus.

tibus, uxori nuruique dotis nomine *Legatum* ab emancipato *ſolvi placuit. l.* 1. *ff. de legat. præſtandis l.* 15. *ff. eod.* Item quando *Prætor* filio emancipato bonorum poſſeſſionem concedit, ita rem temperat, ut *filios* ejus, avi nepotes in poteſtate retentos, ex parte dimidia *cum patre concurrere permittat l.* 1. *ff. de coniung. cum eman. lib. Jure novo* Nepotes a Patre ſuo excluduntur. *N.* 118. *c.* 3.

L. 37. ff. t. 11. de bon. poſſ. ſecund. tab.

III. *Bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas* datur heredibus teſtamento ſeptem teſtium ſignis ſignato *l.* 2. *C. h.* ſcriptis, tam inſtitutis quam ſubſtitutis *l.* 2. §. 4. *ff de bon. poſſ. ſecund. Tab.* pure vel ſub conditione *l.* 5. *ff. l.* 2. §. 1. *ff. h.* idem in nuncupativo teſtamento inſtitutis obtinet. *l.* 2. *C. h.* Sunt qui hoc ad Teſtamenta quovis Jure valida hodie extendunt. HAHN. *h.*

L. 37. ff. t. 12. Si a Parente quis manumiſſus ſit.

IV. Reliquum eſt, ut circa bonorum poſſeſſiones ex teſtamento moneatur, *bonor. poſſ. contra tabulas Parenti*, qui filium manumiſit, exemplo Patroni *tributam eſſe l.* 1. *ff. ſi a Paren. quis man.* atque ex teſtamento militari, licet minus ſolenne ſit, bonorum poſſeſſionem peti poſſe. *d. l.* 1. *ff de bon. poſſ. ex. teſt. milit. j.* HAHN. *h. v. Ratæ.* Pariter patronus deficientibus liberis jure patronatus ad bonorum poſſeſſionem omnium bonorum ab inteſtato pervenit *pr. I. de Succeſſ. libert.* teſtamento facto autem per bonorum poſſeſſionem contra tabulas tertiam bonorum partem conſequi-

L. 37. ff. t. 13. de bonor. poſſ. ex teſtam. militis.

L. 38. ff. t. c. de bon. Libertor.

ſequitur. §.3. *I. d. t. v. l.* 1. *§. f. & t.t. ff. de bon. libertorum.* Idem jus patronatus municipiis & aliis *univerſitatibus* in bonis ſuorum libertorum denegandum non eſt. *l.* 1. *ff. de libert. univerſit.* & ad liberos Patronorum tranſit *d.§.* 3. *I.* æqualiter, niſi Patronus uni ex liberis *libertum aſſignaverit* i.e. teſtificatus ſit, cujus ex liberis libertum eſſe velit. *l.* 107. *ff. de V. S. l.* 1. *ff. de aſſign. libert.* De quo jure adeo proſpectum eſt patronis, ut ſi *in fraudem legitimæ* partis quicquam *alienatum* ſit, ab inteſtato ſuccedentes patroni Calviſiana *l.* 2. *C. ſi in fraud. Patr.* ex teſtamento Faviana actione id revocare poſſint *l.* 3. *§.* 2 *ff. ſi quid in fraud. Patr.*

L. 38. ff. t. 3. de Libertis univerſitatum.

L. 38. ff. t. 4. de Aſſignandis libert.

L. 38. ff. t. 5. ſi quid in fraud. Patroni factum ſit.

V. Tabulis teſtamenti non extantibus primo gradu ad bonorum poſſeſſionem admittuntur *liberi* non tantum naturales, ſed etiam adoptivi qui in poteſtate fuerunt. *l.* 1. §. 6. *ff. ſi tab. teſt. null.* Secundo gradu *legitimi* i.e. agnati per maſculos defuncto juncti. *v.* §. 1. *I. de Legit. agn. ſucceſſ.* etſi longiſſimo gradu §. 3. *I. eod. v.* HAHN. ad WES. *h. n.* 3. item hi, quibus lex vel SCTum bonorum poſſeſſionem defert *l.* 3. *ff. Unde Legit.* Tertio gradu *cognati* i. e. per fœminini ſexus perſonas defuncto juncti. *v.* § 4. *I. de ſucceſſ. cognat.* non excluſis agnatis agnationis jure, in ſecundo gradu præcluſis. § 7. *I. d. leg. agnat. ſuc.* Petendæ bonorum poſſeſſioni tempus certum eſt præſcriptum, quod in extraneis heredibus eſt centum dierum. *l.* 1. §. 9. *ff. de ſucceſſ. Ed.* in

L. 38. ff. t. 6. ſi Tab. Teſtam. nullæ extabunt

Vnde Liberi.

L. 38. ff. t. 7. vnde legit.

L. 38. ff. t. 8. Vnde Cognati.

L. 38. ff. t. 9. de ſucceſſorio Edicto.

 liberis

liberis & parentibus vero ſpatium anni utilis *d. l. §. 14. l. 2. ff. Quis ord. in bon. poſſ.* quo præterlapſo neglectoque ſubſequens gradus vocatur. *l. 1. ff. d. t.* Singulare eſt in milite, & quidem odioſum, quod ab inteſtato illi tantummodo ad quintum gradum incluſive ſuccedatur *l. 2. ff. de Veteran. & milit. ſucceſſ.* favorabile vero, quod ob delictum militare damnatus miles & teſtari & ſucceſſorem ab inteſtato habere poſſit *l. 1. ff. eod.* Excluditur a bonorum poſſeſſione, qui ea vel indignus eſt, vel eidem renunciavit. *l. un. ff. Quib. non comp. bon. poſſeſſ.*

L. 38. ff. t. 12. de Veteran. & mil. ſucceſſ.

L. 38. ff. t. 13. Quib. non competit. bonor. poſſ.

L. 38. ff. t. 14. ut ex Legib. Senatusve conſul. bon. poſſ. detur.

IV. *Extraordinariam bonorum poſſeſſionem* concedit prætor cum expreſſe per legem novam civilem alia lege civili non vocatum ad ſucceſſionem admittit *l. 1. pr. §. 2. ff. ut ex leg. Senatusvecon. bon. poſſ. det.* Denique adjiciendum eſt, quod *in caſu teſtati* vel ſecundum vel contra tabulas petatur bonorum poſſeſſio, *in caſu inteſtati* eo ordine, ut primum ſui heredes, ſecundo legitimi, tertio proximi cognati, deinde vir & uxor vocentur. *l. 1. l. 2. §. 1. ff. Quis ordo in poſſeſſ. ſervetur.*

L. 38. ff. t. 15. Quis ordo in poſſeſſ. ſervetur.

## *TIT. VII.*

## QUI POTIORES IN PIGNORE VEL HYPOTHECA HABEANTUR: ET DE HIS, QUI IN PRIORUM CREDITORUM LOCUM SUCCEDUNT.

L. 20. ff. t. 4.

A dominio univerſali ſeu jure hereditario trans-

tranſeundum eſt ad aliam juris in re ſpeciem, Jus ſcil. Pignoris, circa quod Creditorum prioritatem & diſtrahendi poteſtatem ut perpendamus, reliquum eſt.

I. Quodcunque creditores jus hypothecæ nacti ſunt in eadem re, alii *aliis ſunt potiores*, quatenus *tempore* ſunt *priores*. *l*. 10. *ff. h. l. 2. l. 7. C. h.* quæ temporis prioritas etiam e ſemihorulis aut momentis æſtimanda eſt. *v. l.* 25. §. 1. *ff. de liber. & poſth.* BACH. *de pign. l. 4. cap. 6. num.* 4. GAIL. *l.* 2. *obſerv.* 25. *num.* 3. CARPZ. *P.* 1. *C.* 28. *d.* 111. obſervaturque (1.) tam in hypotheca generali quam ſpeciali. *l.* 2. *ff. h.* niſi qui ſpecialem hypothecam habet, ex ea univerſum debitum exigere poſſit. *l.* 2. *C. de Pign. O. P. S. t.* 46. §. Ob nun wohl. CARPZOV. *P.* 2. *C* 23. *d.* 29. FRANZ. *Comm. ff. h. t. n.* 36. obtinet (2.) tam in hypotheca tacita quam expreſſa *a. l.* 2. *de Jure fiſci O. P. S. t.* 44. §. alle. etiam in pignore prætorio, cum conventionali aut judiciali concurrente *l.* 3. *C. ut in poſſ. legat. v.* WISS. *ad π. Diſput.* 40. *th.* 5. *d.* §. *O. P. S.* MAGNIF. AUT. *S. J. C. Ex.* 26. *th.* 29. (3.) tam poſteriori creditore quam debitore hypothecam poſſidente *l.* 1. *ff. h. t.* 44. *O. P. S.* §. und das hat. (4.) tam hypotheca pure quam ex die aut ſub conditione accepta *l.* 1. *l.* 9. *l.* 11. §. 1. *ff. h.* dummodo conditio non pendeat ex debitoris voluntate *l.* 9. §. 1. *ff. eod.* BACH. *Tr. de Pign. l.* 4. *c.* 2.

II. *Limitatur* vero *regula*: *Qui prior tem-*

*pore potior eſt iure* (1.) ſi alii e Creditoribus hypotheca publica (e.g. coram magiſtratu mit Conſens der Obrigkeit vel inſtrumento publico) alii privata (ut ſcriptura privata) data ſit. *l.* 21. *C. h.* HAHN. ad WES. *h. n.* 2. GAIL. *l.* 2. *Obſ.* 25. *num.* 9. (2.) ſi concurrens Creditor ratione cauſæ debendi præferatur aliis hypothecariis, ut Uxor ratione dotis *l.* 12. *C. h.* Quod Jure Saxonico ad creditores tempore priores hypothecam tacitam habentes reſtringitur. *t.* 43. *O. P. S. pr.* Creditor, cujus creditum in reparationem domus impenſum eſt. *l.* 5. *l.* 6. *ff. h. N.* 97. *c.* 3. CARPZ. *P.* 3. *C.* 28. *d.* 105. Creditor, qui ad emendum prædium mutuam pecuniam dedit idque pignori ſpecialiter accepit. *l.* 7. *C. h. id. d.* 107. *v. t.* 43. *O. P. S.* §. wenn auch §. als RICHT. *de iure & Priv. Cred. Sect.* 3. 4. (3.) ſi creditor prior in oppignorationem, quæ fit poſteriori, conſenſit *l.* 12. §. 4 *ff. h.* FRANZ. *Comm. ff. t. quib. mod. pig. vel hypoth. ſolv. num.* 112. *ſeqq. it. h. t. n.* 44. *Conſ. t.* 46. *O. P. S.* §. Es trägt ſich auch offtmahls zu. CARPZOV. *d. C. d.* 231.

III. Tituli hujus pars altera de his agit, qui in priorum Creditorum locum ſuccedunt. *Succedere* autem *h. l. dicuntur*, qui, dimiſſis ſua pecunia Creditoribus anterioribus, eorum jura nanciſcuntur *l.* 3. *l.* 4. *C. de his qui in prior. Cred. loc. ſucced.* ad quem effectum in creditore Chirographario, qui ad hypothecarii jura admitti cupit, expreſſo pacto, aut impetratio-

tione ſpeciali opus eſt *l.* 1. *C. eod. l.* 1. *C. de fideiuſſ.* non in Creditore hypothecario *d. l.* 3. & 4. *C. l.* 12. § 6. *ff. h.* CARPZ *P.* 1. *C.* 28. *d.* 133. Si tamen tertii creditoris pecunia primus dimiſſus eſt, ſecundo is in ſumma ſoluta tantum præfertur. *l.* 16. *ff. h.* FRANZ. *Comm. ff. h. t. num.* 72. Idem in Creditore, cujus pecunia privilegiatus debitor eſt dimiſſus, obtinet: nam privilegium Creditoris adipiſcitur, dummodo non ex intervallo pecunia ad privilegiatum Creditorem pervenerit. *a. l.* 24. § *f. ff. de reb. auct. jud. poſſ.* CARPZOV. *P.* 1. *C.* 28. *d.* 134. Imo qui hypothecam ſibi pactus eſt a debitore, eam quatenus ad Creditorem hypothecarium pecunia pervenit, conſequitur, licet alii hoc jus pacto jam promiſſum ſit. *l.* 12. § 8. *ff. h.* Cæterum quod hypothecario poſteriori permiſſum erat Jure Civ. etiam invito hypothecario anteriori offerre ſolutionem debiti, ut jus diſtrahendi pignoris conſequeretur. *l.* 1. *l.* 8. *C. h. v.* BACH. *Tr. de Pign. l.* 4. *c.* 17. hoc, data quoque poſterioribus Creditoribus diſtrahendi poteſtate, ſalvo jure tertii, in deſvetudinem abiiſſe cenſet GROENEWEGEN. *de leg. abrog. ad d. l.*

## DE DISTRACTIONE PIGNORUM ET HYPOTHECARUM.

L. 20. ff. t. 5.

IV. E Jure Pignoris propullulat *pignoris*

*diſtractio*, quæ *fieri poteſt mora* in ſolvendo a debitore *commiſſa. l 7. C h. poſt interpellationem vel fictam*, ut accidit in obligatione cui dies pro homine interpellans adjectus eſt. *l. 12. C de Contrab ſtipul. vel veram v. l. 32. ff de uſur. j. l. 73. ff. de furt.*

V. *Formam diſtrabendi pignoris* ſi ſpectèmus, alia diſtractio extrajudicialis, alia diſtractio judicialis eſt. *Extrajudicialis* fieri debet bona fide & ſolenniter. *l. 9. C. h.* Bona fides in eo præcipue conſiſtit, ut pignus juſto pretio, non vili per gratiam &c. vendatur *l. 3. C. Si vend. pign agatur.* eaque diligentia, quam bonus paterfamilias in rebus ſuis adhibere ſolet. *l. 14. ff de diſtract. pign.* CARPZOV. *P.* 1. *C.* 28. *d.* 13. *n.* 6. 7. Ad ſolennia ante diſtractionem ſi convertamur, pacto de diſtrahendo pignore, in caſum ſolutionis certo die non factæ pignoris dationi adjecto, debitori nullam denuntiationem fieri neceſſarium. *l. 4. ff. de pign. act. v. l. 12. C. de Contrab. Stipul.* ſed pacto nullo adjecto, unica *a. l. 28. C. de adminiſt tut.* pacto de non diſtrahendo pignore adjecto, trina denunciatione per intervalla opus eſt. *d. l. 4. ff. de pign. act.* MAGNIF. AUT. *S. J.C. Ex. 26. th.* 44. PHILIPP. *uſu. Pract. Inſt. l. 2. Ecl.* 41. OBRECHT. *Diſp. de pignore th.* 382. *ſeqq.* Solennitas, in ipſo diſtractionis actu obſervanda, eſt, quod pignus publice proſcribendum idemque debitori denunciandum veniat. *l. 4. C. h. l. 6. C. de remiſſ. pig.* CARPZOV. *P.* 1. *C.* 28. *d.* 136. *num.* 7.

*num.* 7. Hujus diſtractionis extrajudicialis uſum exoleviſſe putat GROENEVV. *de Leg. abrog. ad l.* 1. *C. h.* infrequentem eum *Jure Sax.* eſſe nec CARPZOV. *d. def. num.* 15. *nec* HARTM. PIST. *P.* 3. *q.* 18. *diffitetur.*

VI. *Forma diſtrahendi pignoris judicialis* alia recenſenda eſt e J. Civili, alia e Jure Saxonico. *Jure Civili* ſolutionem pecuniarum dependere juſſi, a die condemnationis vel confirmatæ poſt provocationem ſententiæ, ſpatium quatuor menſium habent (in actione reali tempus eſt arbitrarium *a. §.* 2. *I. de off. jud.*) *l.* 2. *C. de Uſur. rei jud.* quo elapſo nondumque facta ſolutione pignora capiuntur, iisque captis tempus duorum menſium datur, intra quod ſi nulla ſubſecuta ſit ſolutio, pignora venduntur. *l.* 31. *ff. de re jud. l.* 2. *C. ſi in cauſ. jud. pign.* alioque emtore non exiſtente vel exiſtente quidem ſed non dignum pretium offerente, is cui judicatus ſatis non fecit, ad licitationem admittitur *d. l.* 2. ſi licitari non vult, in poſſeſſionem pignorum mittitur *l.* 3. *C. de exec. rei jud.* tandemque ei auctoritate Principis dominium addicitur, ubi ſuperfluum e pretio pignoris creditori reſtituere debet *v. l.* 31. *ff. de Re jud. l f.* § 4. *C. de Jur. dom. imp. l. f. C. ſi in cauſ. jud. v.* FRANZ. *Com. ff. h. t. n.* 91. *ſeqq. it. Tr. de Laudem. c.* 16. *n.* 449. *ſeqq.* J. BACH. *de pignor. l.* 3. *c.* 31. *n.* 1.

VII. *Ad formam diſtrahendi pignoris iudicialis e Jure Saxon.* jam perveniendum eſt. Hu-

Hujus *Pignoris iudicialis nomine* vero omne id *venit*, quod vigore inſtrumenti paratam executionem habentis capitur, aut, cum pignus conventionale ſit, auctoritate Judicis venditur. CARPZOV. *P.* 1. *C.* 28. *d.* 136. *num.* 13. 14. Diſtinguendum autem inter actionem realem & perſonalem. In actione reali (veluti cum domus vindicanti per ſententiam adjudicata eſt) tempus quatuordecim dierum, a tempore rei judicatæ & petiti præcepti executivi currens, præfinitum, intra quod ſi facta non ſit reſtitutio, res quaſi manu militari aufertur victorique traditur. PHILIPP. *ad T.* 39. *O. P. S.* §. nemlich. *Conſid.* 2. CARPZ. *Proc. T.* 25. *art.* 3. *num.* 4. *ſeqq.* In actione perſonali terminus Saxonicus condemnato præfigitur ſimulque eventualiter executioni dies certus ſtatuitur. *t.* 39. *O.P.S.* § Wenn aber. *Dd. cit.* Quando ad executionem pervenitur, triplici præcipue via inceditur: vel enim nulla æſtimatione prævia fit ſubhaſtatio, vel prævia licitatione Creditoris, vel prævia æſtimatione judiciali. *d. t.* §. und weil. *Cum ſubhaſtatio fit nulla æſtimatione prævia* res per præconem intra ſpacium quatuordecim dierum ter numerandum ternis vicibus publicæ haſtæ ſubjicitur. Interim Emtor vel invenitur vel non invenitur. Quando Emtor invenitur, qui certam pecuniæ ſummam offert, res denuo proſcribitur & plus licitanti addicitur. *T.* 39. *O.P.S.* §. So ſoll man. *Quando* non invenitur emtor,

emtor, attenditur, num *Creditor* licitari velit, qui vel *licitatur* vel non licitatur. Si licitatur, res, una cum quantitate a Creditore oblata, porro per quatuordecim dies, ter computandos proſcribenda eſt, quibus elapſis, novoque emtore plus licitante non reperto, judici æſtimandum, utrum pretium a Creditore oblatum ſit æquum; & res creditori addicenda eſt, ita tamen, ut jus reluendi intra annum debitori ſit ſalvum *d. l. O. P. S.* Wann nun §. damit. an vero iniquum Creditorve licitatus non ſit; & tum *locus eſt æſtimationi iudiciali*, qua facta, res adjecta taxatione per tempus quatuordecim dierum continuum & ter computandum ulterius proclamanda eſt. *d. T.* §. Wann aber. hoc ſubſecuto, nec Emtore invento, aut ſecundum taxationem judicialem rem nanciſci creditor, non contradicente debitore, poteſt, aut ulterius licitari & facta quantitatis mentione rem porro proſcribere *d. T.* §. wenn nun gleich. Quodſi autem vel Creditor vel debitor de taxationis judicialis iniquitate conqueratur, impetrare poteſt, ut res denuo per ſcabinos provinciales æſtimetur, a qua æſtimatione recedere non licet. *d. T.* §. würde aber. adeo, ut omni emtore deficiente res Creditori eo pretio in ſolutum dari poſſint per *P.* 1. *Conſt. El.* 32. §. Sindet. BERL *P.* 1. *Concl.* 81. *n.* 122. Et quidem hic *ſubhaſtationis ordo præciſe obſervandus* eſt; ejus enim inverſio aut præpoſteratio totum pro-

proceſſum vitiat *v. l.* 11 *C. de fide & iur. e haſt. fiſc. id. n.* 225. Denique *ſingulare* hoc *in primo licitatore* receptum eſt, quod is offerendo augmentum pretii, a ſubſequentibus licitatoribus oblati, ſubhaſtatione adhuc durante in emtione reliquis præferatur. CARPZOV. *P.* 1. *C.* 32. *d.* 42. *v. Uberius de ſubhaſtatione agentes*, CARPZ. *d. C.* BERL. *d. Concl.* IOH. PHILIP. *toto Tr. de ſubhaſtat.*

## TIT. IIX.

### DE

## INTERDICTIS.

### L. 43. ff. t. 1.

Poſteaquam jus Pignoris expoſitum, ad jus Poſſeſſionis pergendum eſt, e quo interdicta prætermiſſa referre mei eſt inſtituti.

I. Ab Objecto dividi poſſunt *interdicta* in perſonalia & realia. *Perſonalia ſunt*, quæ circa jus perſonarum, *Realia* quæ circa jus rerum verſantur. *Realia vel publica ſunt, vel privata. Publica* vel de rebus divini vel humani juris tractant. De rebus *Divini Juris* agit *interdictum, Ne quid in loco ſacro fiat v. l.* 1. *ff. de Rer. div.* quod eſt remedium prætorium prohibitorium. *l.* 1. *ff. h.* reſtitutorium, *l.* 2. §. 19. *ff. Ne quid in loc. pub.* & competit cuivis ex populo *v. l.* 10. *C. de Epiſc. & Cler. j. l.* 2. §. 2. *ff. Ne quid in loc. pub.* maxime locorum ſacrorum curatoribus *l.* 1. §. 3. *ff. h.* adverſus

L. 43. ff. t. 6. ne quid in loco ſacro.

verſus eum, qui quid facit in loco ſacro, etiam muris & portis, deformitatis, damni vel incommodi cauſa *l.* 1. §. 2 *ff. h.* ad hoc, utfacere deſinat, factumque reſtituat *d. l.* 2. §. 19. Hodie illud utiliter applicari poteſt adverſus eos, qui feneſtras lapidibus infeſtant, ſtercore conſpurcant aut ad limina vel parietes templi fimum projiciunt, ſimilive modo in loca ſacra quid immittunt. ECK. *Comm. ff.* §. 3. *h. t.*

II. De rebus *publicis humani iuris* concepta ſunt interdicta ſequentia. Præmittitur autem *generale interdictum de locis & itineribus publicis*, quo prætor vetat prohiberi uſum loci publici & de eo, quolibet poſtulante, ſe interdicturum pollicetur. *l.* 1. *ff. h.* Vocabulum autem itineris publici *d. l.* denotat den Fußſteig bey der Heerſtraſſen, ſeu jus eundi ambulandi per viam publicam. L. 43. ff. 7. de locis & itineribus publ.

III. Sequuntur jam *interdicta ſpecialia in titulo: Ne quid in loco publico vel itinere fiat.* *Primum* Interdictum agit *de locis publicis* & eſt remedium Prætorium prohibitorium *l.* 2. § *ff.* 1. *h.* perpetuum quod datur cuivis ex populo *l.* 2. §. 34. *ff. h.* adverſus eum, cui damnum qualecunque infertur faciendo quid in loco publico *l* 2. §. 5, 11. *ff. h.* ad præſtandum quanti actoris intereſt. *d. l.* §. 34. *Secundum Interdictum de viis & itineribus publicis tractat*, & tria membra complectitur, quorum *primum*, fieri quid in via itinereve publico L. 43. ff. 8. Ne qui in loco publ.

vetat,

vetat, quo via iterve reddatur deterius. *d. l.* 2. §. 20 ut, ſi quid factum nondum eſt, caveat non fieri *d l. §.* 18. ſi quid jam factum eſt, præſtetur id quod intereſt, *d. l.* §. 34. *Secundum* id quod factum immiſſumve eſt, quo via vel iter ſit deterius, reſtitui aut intereſſe præſtari jubet. *d. l.* §. 35. 43. 44. *Tertium* via publica itinereve publico euntem agentemve impediri prohibet *d. l. §. f. v. plur.* MINDAN. *de Interd. n.* 5. 6 *& praced.*

L. 43. ff. t. 9. de loco publico fruendo.

IV. De loco publico fruendo propoſuit Prætor interdictum retinendæ poſſeſſionis prohibitorium, quod competit illi, qui locum publicum conduxit, ejusve ſocio *l.* 1. *ff. h.* adverſus eum, qui frui prohibet, ad hoc, ut ſecundum legem locationis frui liceat *d. l.* 1. §. 3. Hoc interdictum hodie ad balnea publica, vectigalia & ſimilia a Magiſtratu conducta pertinere recte aſſerit HAHN. ad WESENB. *h. t.* licet WISS. *h. t. th.* 22. extra ordinem conductori manu militari ſuccurri ſolere teſtetur: id enim extraordinaria via prohibentibus adhibita præcipue locum habere duxerim.

L. 43. ff. t. 10. de via publica & ſi quid in ea factum eſſe dicatur.

V. Viæ publicæ cura incumbit Ædilibus unde (1.) conſtruere caduca jubent. *l.* 1. §. 1. *ff. h.* (2.) ſubruere viam prohibent, ſub pœna mulctæ & reſtitutionis *l.* 1. §. 2. (3.) vias publicas ſecundum propriam domum conſtrui & aquæ ductus, qui ſub cœlo libero ſunt, purgari volunt, ita ut non prohibeatur vehiculum tranſire. *l.* 1. §. 3. (4.) in viis nec ſtercora

nec

nec pelles jacere, nec ante officinas projicere, aut proponere inutile quicquam permittunt, *l.* 1. §. 4. 5. *ff. eod. Hodie* viæ publicæ per plateas pontesve impenſis ærarii parari, reparari verrique ſolent, at ærario deficiente cives & incolæ omnes conferre tenentur, idemque in recuperandis mœnibus, aggeribus, vallis foſſisque dicendum, ubi ne quidem Clerici a collatione eximendi ſunt. *v. l.* 7. *C. de Sacr. S. Ecl. v. l. f. C. de quib. mun. vel præſt.* HAHN. ad WES. *h. t.* CARPZ. *Jpr. Conſ. l.* 2. *t.* 22. *d.* 340.

VI. Interdictum de via publica & itinere publico reficiendo prætorium & perpetuum *l.* 1. §. 3. *ff. h.* competit cuivis ex populo *d.* §. adverſus eum qui viam publicam iterve publicum reficere i. e. ad veterem altitudinem latitudinemque reſtituere & purgare prohibet, ad hoc, ut quanti actoris intereſt præſtetur *d.* §. 3. Cæterum ſi in agrum vicini viam publicam quis rejecerit, eatenus in eum viæ rejectæ actio dabitur, quanti ejus intereſt, cujus fundo injuria irrogata eſt *l.* 3. *ff. h. v.* FRIDER. MIND. *d. Interd. t.* 3. *n.* 71.

L. 43. ff. t. 11. de via publ. & itinere publico reficiendo.

VII. *Ne quid in flumine publico ripave ejus fiat quo pejus navigetur* proditum a Prætore duplex *Interdictum* ad flumen publicum navigabile pertinens. *l.* 1. §. 4. 12. *ff. h. Prius* eſt prohibitorium *l.* 1. *ff. h.* & competit cuivis ex populo *a. l.* 1. *ff. de loc. & itin. publ.* adverſus eum, qui navigationem aut iter (quo etiam iter pedeſtre, cujus uſus eſt, cum navis per bo-

L. 43. ff. t. 12. de fluminibus, ne quid in flumine publ. ripave ejus fiat, quo pejus navigetur.

ves, equos aut homines trahenda eſt FRID. MINDAN. *de Interd. t. 6. n.* 34. HAHN. ad WES. *n.* 1. *comprehenditur l.* 1. §. 1. *ff. h.*) deterius reddere vult. *l.* 1. §. 14. 17. ad hoc, ne id faciat *l.* 1. *ff. h. Poſterius* Interdictum eſt reſtitutorium, quod datur cuivis ex populo. *v. l.* 1. §. 10. *ff. h.* adverſus eum, qui quid factum immiſſumve habet, quo ſtatio iterve deterius fit, ad hoc, ut reſtituat. *l.* 1. §. 21. 22. *ff. h.*

L. 43. ff. t. 13. Ne quid in flum. publ. fiat, quo aliter aqua fluat, atque uti priore æſtate fluxit.

VIII. Prætor cavet *duplici Interdicto ne quid in flumine publico fiat, quo aliter aqua fluat, atque uti priore æſtate fluxit*, quorum *primum in l.* 1. *pr. ff. h.* traditur, & eſt prohibitorium, conceditur que cuivis ex populo. *l.* 1. §. 9. *ff. h.* adverſus eum, qui in flumine publico tam navigabili quam non navigabili. *d. l.* 1. §. 2. ejusve ripa quid facit aut immittit, quo aliter aqua fluat, atque priore æſtate fluxit, *d. l.* § 6. 8. ad hoc, ne quid eo modo fiat aut immittatur *l.* 1. §. 12. *ff. h. Secundum in l.* 1. § 11. *h.* proponitur & eſt reſtitutorium, ad ejus, quod factum aut immiſſum eſt, reſtitutionem tendens. *d.* §. 11. 12. *ff. h.* Quæritur autem, *utrum in flumine publico liceat ædificare molendinum* jure dominii, quod quis in fundo adjacente ſibi aſſerit? Quod affirmandum eſſe videtur cum HAHN. ad WES. *h. t.* & ZIEGL. *de Jur. Maj. l.* 2. *c.* 15. *num.* 42. *ſeqq. v. l.* 1. §. 12. *ff. de flum. l.* 24. *ff. de damn. inf.* niſi Principis declaratio prohibitiva facta ſit.

L. 43. ff. t.

IX. *Ut in flumine publico navigare liceat in-*

*ter-*

*terdicto proſpicit Prætor, quod eſt* remedium prohibitorium, competens cuivis in flumine, lacu, foſſa, ſtagno publico navigare prohibito, adverſus prohibentem, ad hoc, ne prohibeatur *l.* 1. *ff. h.* utiliter publicano datur, qui piſcari prohibitus eſt, cum lacum vel ſtagnum conduxiſſet. *l.* 1. §. 7. *ff. h* applicatur etiam adverſus vicinos vel accolas fluminis, merces, ligna, trabes & ſimilia per ripam onerare & exonerare prohibentes. *v. l.* 1. *ff. h.* HAHN. *h. t.* 14. ut in flumine publ. navigare liceat.

X. Ad res publicas etiam referri poteſt *ripa*, quatenus illius uſus publicus eſt. *l.* 5. *ff. de Rer. div. de qua Prætor prodidit Interdictum*, quod eſt prohibitorium, tribuiturque illi, qui in flumine publico ripave ejus opus facere, ripæ agrive, qui circa ripam eſt, tuendi cauſa cupit ex quo navigatio non fit deterior, adverſus eum, qui prohibet cum illi in annos decem cautum vel ſatis datum ſit, ad hoc, ut impedire deſinat *l* 1. *ff. pr. &* §. 3 *ff h.* Utiliter hoc Interdictum ad ripam lacus, foſſæ, ſtagni muniendum extenditur. *l.* 1. §. *f. ff. h.* L. 43. ff. t. 15 de Ripa munienda.

XI. Actum eſt de Interdictis, quæ res publicas concernunt, *ad res privatas pertinent* (1.) *Interdictum, Ne vis fiat ei, qui in poſſeſſionem miſſus eſt*, quod eſt prohibitorium, reſtitutorium *l.* 1. §. 1 *ff. h.* annale. *l.* 1. §. 8. daturque ei, qui permiſſu jus dicentis in poſſeſſionem miſſus, ſed non admiſſus eſt. *l.* 1. *ff h.* adverſus eum, qui ſuo vel alieno nomine ipſum do- L. 43. ff. t. 4. ne vis fiat ei qui in poſſeſſionem miſſus eſt.

lo *l.* 1. § 6. *ff. h.* in poſſeſſione eſſe prohibuit *l.* 1. § 3. *l.* 2. §. 1. ad hoc, ut tantum præſtet quantum miſſi intereſt, poſſeſſionem habere *l.* 1. §. 5 *ff. h* Si miſſus actione ex hoc Interdicto uti velit, locum ea habet, poteſt etiam magiſtratus extraordinarie ſuum decretum manu militari exequi *l.* 3. *ff. h. v.* HILL. ad DON. *en. l.* 20. *c.* 6. *l.* 9.

XII (2.) *Interdictum de Tabulis exhibendis* quod *eſt* prætorium, exhibitorium *l.* 1. *pr. ff. h.* perpetuum, *l.* 13. §. 16. *l.* 3. §. 7. *ff. h.* & competit illis, quorum intereſt tertii alicujus teſtamenti tabulas exhiberi *v. l.* 1. §. 10. *ff. h l.* 3. *C. Quemad. Teſt. aper.* adverſus eos, qui negant, ſe exhibere poſſe vel oportere *l.* 1. §. 1. *ff. h.* cum tabulæ Teſtamenti apud eosdem ſint vel dolo malo eſſe deſierint. *l.* 1. *l.* 3. §. 6. *ff. h.* ad hoc, ut illas vel exhibeant, vel id, quod intereſt, præſtent. *d. l.* 3. §. 11. *ff. h.*

L. 43. ff. t. 25. de Remiſſionibus.

XIII. (3.) *Interdictum de Remiſſionibus eſt* remedium prohibitorium, quod datur ei, qui remiſſionem a novi operis nunciatione, quæ tenebat, impetravit, *l.* 1. *pr. &* §. 2. adverſus eum, qui novum opus nunciavit, ad hoc, ne vis fiat opus facienti. STRAUCH. *ad Jus Juſtin. Diſſ.* 23. *th.* 4.

L. 43. ff. t. 26. de Precario.

XIV. (4.) *Interdictum de precario eſt* remedium reſtitutorium recuperandæ poſſeſſionis, quod conceditur illi, qui uſum rei precario roganti conceſſit ejusque heredibus. *l.* 8. §. 1. *ff. h.* adverſus eum, qui rem precario habet, aut

dolo

dolo malo habere deſiit. *l.* 4. §. 2. *l.* 2. *ff. h.* ejusque heredes *l.* 8. §. 8 *ff. h.* ad hoc, ut res reſtituatur in priſtinam cauſam, & ſi hoc factum non fuerit, id, quod intereſt, rem non reſtitui ex eo tempore, ex quo interdictum editum eſt, præſtetur. *l.* 8. §. 4. *ff. h. conf.* AMAD. ECK. *Comp. Pand h. t* §. 7. *ſeqq. Precarium* autem monente Vlpiano in *l.* 1. *pr. h eſt*, quod precibus petenti utendum conceditur tamdiu, quamdiu is, qui conceſſit, patitur, & quia proxime ad donationem accedit, *l.* 14. *ff. h.* non præſumitur. CARPZOV. *P* 2. *C.* 41. *d.* 18. *n.* 8. Conſtituitur precarium conſenſu concedentis & accipientis tam expreſſo quam tacito *l.* 1. *l.* 4. §. *f. ff. h.* accedente traditione vera vel ficta, *l.* 1. §. *f. l.* 22. *ff h* precario res mobiles & immobiles conceduntur. *l.* 2. *C. h. l.* 4. *ff. h.* corporales & incorporales *l.* 2. §. *f. l.* 3. *ff. h.* etiam habitatio *d. l* 2. *C. v.* HAHN. ad WESENB. *h. t. n.* 4. alienæ & propriæ rogantis quoad proprietatem non poſſeſſionem *l.* 6. §. *f. l.* 7. *l.* 11. *ff. h.* per precarium tribuitur rei uſus ſui natura revocabilis, unde ad certum tempus cum effectu non datur *l.* 12. *ff. h.* quia natura æquum eſt, tamdiu alium libertate mea uti, quamdiu ego velim. *l* 2. § 2. *ff h.* ex humanitate tamen confeſtim precarium repetendum non eſt. *v. l.* 17. §. 3. *ff Commod.* HILL. ad DON. *l.* 14. *c.* 34. *l. c.* Reſp. effectus precarii rogatio vel ſimplex eſt, vel non ſimplex: ſimplex ſupra expoſita eſt, & tantum detentio-

 nem

nem operatur, *l.* 5. §. 2. *ff. h.* Non ſimplex eſſe dicitur, cum præter uſum etiam poſſeſſio conceditur, *l.* 15. §. 4. *ff. h. j. l. 6. §.* 2. *ff. eod.* Præſtanda eſt in precario ob revocabilitatem tantum dolus & culpa lata, ſed edito Interdicto, dolus, culpa & omnis cauſa *l.* 8. §. 3. *ff. h.* Præter interdictum autem datur e precario concedenti actio præſcriptis verbis extraordinaria ex æquitate deſcendens *l.* 2. §. 2. *ff. h. l.* 19. §. 1. *ff. h.* HAHN. ad WES *h. n.* 2. 1. DON. *c. loc. l. C. D. & ad reſtitutionem tendens.*

L. 43. ff. t. 27. de Arboribus cædendis.

XV. (5.) *Interdictum de Arboribus cædendis* duo capita complectitur, quorum *prius* ad ſuccidendas, *poſterius* ad coërcendas quindecim pedes a terra arbores, tendit *l.* 1. §. 9. *ff. h.* Ex capite primo datur interdictum prohibitorium. *l.* 1. §. 1. *ff. h.* quod competit vicino adverſus eum, cujus arbor vel vitis *l.* 1. *pr. &* §. 3. *ff. h.* in ædes vicini impendet, ad hoc, ut vicinus eam adimat, niſi adimat, vicino, cui arbor officit, eam a ſtirpe ſuccidenti lignaque tollenti vim nullam faciat. *l.* 1. *pr. &* § 2. *ff. h.* huic interdicto etiam Iure Sax. eſſe locum, tradit PHILIP. *Uſu Pract. Inſt. l.* 2. *Ecl.* 13. *n.* 2. Ex capite ſecundo fluit interdictum prohibitorium, quo utitur vicinus, in cujus agrum vicini arbor impendet, adverſus vicinum, ad hoc, ut eam quindecim pedes altius a terra coerceat, aut vicino ita coercenti lignaque ſibi habenti vim nullam

faciat.

faciat. *l.* 1. §. 7. 8. *ff. h.* Iure Sax. ramos in vicini fundum propendentes vicino impune ſuccidere licet. *v.* L. R. *l.* 2. *art.* 52. & Wb. *a.* 126. CARPZ. *P.* 3. *C.* 32. *d.* 25. *fin.*

XVI. (6.) *Interdictum de Glande legenda eſt* remedium prohibitorium adipiſcendæ poſſeſſionis, quo experitur vicinus, cujus fructus e proprio fundo in vicini fundum ceciderunt, ad hoc, ut colligere eos non prohibeat. *l. un. ff. h. pr.* & §. 1. Iure Sax. hi fructus vicino acquiruntur. *v.* GLOSS. *in* L. R. *l.* 2. *a.* 52. *verb.* die Zweige WES. *ad ff. h. t. n.* 3. CARPZOV. *c. l.* alias etiam hodie propter ramos in alterius fundum vel hortum propendentes ſæpe fructus inter vicinos dividi teſtatur HAHN. *ad* WES. *h. t.* L. 43. ff. t. 28. de Glande legenda.

XVII. (7.) *Interdictum de migrando eſt* remedium prohibitorium perpetuum *l.* 1. *pr.* & *§ f. ff. h.* quod datur inquilino ejusque heredibus *d. l. §. 6.* ſoluta conductionis mercede adverſus locatorem, qui res ſuas ſive alienas *l.* 2. *ff. h.* exportare prohibet ejusque heredes. *d.* §. 6. ad hoc, ut prohibere deſinat, *l.* 1. *ff. h.* utiliter hoc interdictum ei, qui gratuitam habitationem habet, conceditur, *l.* 1. §. 3. *ff. h.* Poſteaquam extra ordinem ſubventum eſt inquilino, infrequens eſſe cœpit hoc interdictum *l.* 1. §. 2. *ff. h.* HILL. ad DON. *en. l.* 15. *c.* 37. *h. l.* L. 43. ff. t. 32. de migrando.

XVIII. Hactenus Interdicta realia tam pu-

L. 43. ff. t. 29. de Libero homine exhibendo.

blica quam privata conſideravimus, unde jam ordine ad perſonalia ducimur. Ob favorem libertatis edidit Prætor *Interdictum de libero homine exhibendo,* quod *eſt* exhibitorium perpetuum *l.* 3. § *f. ff b.* & competit omnibus. *l.* 3. § 9. *ff. h.* adverſus eum qui hominem liberum invitum dolo malo retinet *l.* 1. *l.* 3. §. 5 *ff. h.* ad hoc, ut in continenti eum exhibeat *l.* 4. §. 2. *ff. h.* vel litis æſtimationem præſtet. *l.* 3. § 13. *ff. h. v.* ECK. *Comp. ff. h. t. plur.*

XIX. Ob poteſtatis vinculum propoſuit prætor *Interdictum de liberis exhibendis,* quod *eſt* præparatorium *l.* 3. §. 1. *ff. h.* exhibitorium, & conceditur illi, qui liberos in poteſtate habet. *l.* 1. *ff. h.* adverſus eum, qui eosdem invitos dolo malo detinet *d. l.* 1. *l.* 5. *ff. h.* ad hoc, ut illos exhibeat. *d. l.* 1. *Except. v. l.* 1. §. 3. 5. *ff. h.* Utiliter hoc interdictum marito de exhibenda uxore competit *l.* 2. *ff. h.* idem ad Abbatem & Monachum, Dominum & adſcriptitium applicandum *v.* MEIER. *C. I. A. h. t. th. ult.* Item *Interdictum de liberis ducendis,* quod *eſt* reſtitutorium *l.* 3. §. 1. *ff h.* & datur ei, qui liberos in poteſtate habet, adverſus eum, qui eosdem invitos dolo malo retinet, ad hoc, ut eos duci permittat. *l.* 3. *pr. ff. j.* ECK. *Compend. Dig. h. t.*

FINIS LIBRI SECUNDI.

LIB. III.

# LIB. III.

## *TIT. I.*

## DE CONDICTIONE EX LEGE.

L. 13. ff. t. 2.

Pertractato jure in re, ad jus ad rem ſeu obligationem accedendum eſt, quæ conſtituitur etiam per pactum ſeu nudum ſeu non nudum, *vid. Juriſpr. l. 3. t. 2.* Non nudum vel legitimum vel veſtitum eſt. Legitimum vi legis confirmantis actionem producit, quæ eſt condictio ex lege, cum Lex civilis eſt, nec alia actio in Lege expreſſa.

I. *Eſt autem condictio ex lege* actio perſonalis, quæ competit ex obligatione civili (non Prætoria. *l. 11. ff. de Præſc. verb.*) introducta per legem novam (i. e. poſt leges XII. Tab. latam *v. l. 7. ff. de Capit. min.*) non caventem, quo genere actionis ſit experiundum *l. un. ff. h.* PAC. *in Iſag. h. 2.* Cui, adverſus quem, & ad quid hæc condictio detur ex ipſis legibus novis colligendum eſt. *Hodie* locum habet, ſi moribus aut conſtitutionibus Principum Imperii generalibus vel ſpecialibus, ut ſtatutis, obligatio nova inducta eſt. *v.* HAHN. ad WES. *h. t. num. 5.* BACH. *v. Diſp.* 23.

L. 13. ff. t. 2. de Condictione ex Lege.

23. *tb.* 1. *l. C. verb. Quod.* Exempla *vid. in l.* 35. § 5. *C. de donat. l.* 22. *§.6. C. de Jure del. v.* WISS. *ad π. P.* 1. *d.* 26. *tb.* 6.

L. 13. ff. t. 5. de conſtituta pecunia.

II. Prætorio edicto confirmatur *pactum conſtituti*, quod *eſt* pactum Legitimum, quo quis paciſcenti citra ſtipulationem promittit, ſe proprium vel alienum debitum eſſe ſoluturum ſalva priori obligatione *l.* 5. *§.* 2. *ff h.* §. 9. *I. de Act. l.* 28. *ff. h. l.* 1. *ff h. j.* HAHN ad WES. *h. num.* 9 & FRANZ. *C. ff. h. t. n.* 5. *ſeqq.* unde Beneficio ordinis locus eſt *a. N.* 4. *c.* 1. BACH. *V.* 2. *D.* 28. *tb.* 5. *l. C.* CARPZ. *P.* 2. *C.* 18. *d.* 2. Conſtituere poſſunt qui ſe convenienti caſu etiam pro alio obligare queunt *l.* 1. §. 2. *ſeqq. ff. h.* non mulieres pro maritis, niſi jurato Iur. Sax. CARPZ. *P.* 2. *C.* 16. *d.* 2. præſentes & abſentes *l* 14 §. 13. *ff. h.* pro debitore præſente, abſente aut invito. *l.* 27. *ff. h.* ſed non imperſonaliter. *Auth ſi quando C. de conſt. pec. Conf.* WISS. *ad π. P.* 1 *d* 27. *tb.* 4 Conſtitui poteſt debitum ex obligatione civili mixta, naturali plena *l.* 1. *§.* 7. *ff h.* prætoria *d.* §. 9. non mere civili *l.* 3. §. 1. *ff. h.* FRANZ. *c. l. n.* 15 *ſeqq.* Conſtituitur illi, qui obligationem ſibi vel alteri acquirere poteſt. *l.* 5. §. 6. *ſeqq.* Ex pacto conſtituti naſcitur *actio de conſtituta pecunia*, quæ eſt prætoria, perſonalis, rei perſecutoria, perpetua. *l.* 19. *ff. h. l.* 2. *C. h.* Creditori adverſus eum, qui proprium vel alienum debitum conſtituit ad debiti ſolutionem competens *v. Comp.* LAUTERB. *h. t. l. c.*

III.

III. Ad confirmanda pacta nuda adhibentur ſtipulationes, *l.* 45. *ff. de Pact.* per quas ſtipulator ſibi, non alii acquirit. *v.* §. 4. *J. de Inut. ſtip. l.* 38. §. 17. *ff. d. V. O.* Excipitur *ſervus*, qui ex perſona domini *jus ſtipulandi habet pr. l. h.* & jacenti quoque hereditati ſtipulari poteſt. *d. pr.* non tamen nominatim heredi futuro. *l.* 16. *ff. h. v.* MAGNIF. AUT. *S. I. C. th.* 34. L. 45. ff. 1. 3. de ſtipulat. ſervorum.

IV. *Pupillo* etiam *ſtipulari poteſt Tutor: rem pupilli ſalvam fore.* §. 19. *J. de Inutil. Stip.* quia hac ſtipulatione pupillo proſpici ipſius Tutoris intereſt. *Eſt* vero *ſtipulatio rem pupilli ſalvam fore*, qua Tutores vel curatores adminiſtrationem rerum pupillarium aut minorennium ſuſcipientes datis fidejuſſoribus cavent de indemnitate minoris aut pupilli *v.* §. 1. *I. de Satisdat. Tut.* unde naſcitur *actio ex ſtipulatu*, adverſus Tutores vel Curatores eorumque fidejuſſores ad præſtandam indemnitatem, finita tutela aut cura competens, *l.* 4. §. 2. *ff. h. j. l.* 2. *C. de Adminiſtr. tut.* Olim ſtipulari poterat pupillus ſec. *l.* 6. *ff. h. Hodie* ſtipulantur Magiſtratus referente BRUN. *in Repet. Parat.* WES. *h. t. q.* 2. L. 46. ff. 1. 6. Rem pupilli vel Adoleſcentis ſalvam fore.

V. Dividuntur *ſtipulationes* in Judiciales, Prætorias; conventionales & communes *v.* §. 1. 2. 3. 4. *de diviſ. ſtipulat. Prætoriæ ſunt*, quæ juſſu Prætoris interponuntur, etiam Ædilitiæ §. 2. *I. d. t.* eæque vel propter judicium interponuntur, ut ratum fiat, & dicuntur judiciales, L. 46. ff. 1. 5. de ſtipulationibus Prætoris.

vel

vel fiunt judicio ſiſtendi cauſa,& nominantur communes *l.* 1. §. 1. 2 3. *ff. h.* Cum Prætor ſatisdationem deſiderat, quod plerumque, ubi incerta eſt quantitas, contingit, perſonæ intervenientium requiruntur, *l.* 7. *ff. h.* cum cautionem poſtulat vel pignora *v. l.* 1. §. 9. *ff. de Collat.* vel nudæ repromiſſiones ſufficiunt *l.* 1. §. 6. *ff. h.* WISS. *P.* 2. *d.* 28. *th.* 25.

## *TIT. II.*
## DE HEREDITATE ET ACTIONE VENDITA.

L. 18. ff. t. 4.

I. A Pactis ad Contractus etiam conſenſuales tranſitur, ubi prætereundum non eſt circa emtionem venditionem,quod *vendi etiam hereditas posſit eo cum effectu reſpectu Emtoris;* ut (1.) ad Emtorem neque amplius neque minus juris tranſeat, quam apud heredem futurum eſſet. *l.* 2. *ff. h.* ut (2.) perfecta Emtione ad emtorem lucrum & damnum omne reſpiciat, *l.* 2. §. 9. *ff. h.* præter jus accreſcendi, quod emtor non habet, *v. l.* 2 §. 1. *ff. h. j. v. l.* 88. *ff. de hered. Inſt.* VINN. *S. Q. l.* 1. *c.* 55. & id quod heres ex ſubſtitutione pupillari nanciſcitur *l.* 2. §. 2. *ff. h.* (3.) ut Emtor vicem heredis obtineat, & præſtet, quicquid venditori nomine hereditatis abeſt, *l.* 2. § 11. *ff. h.* (4.) ut Emtor ex ſua perſona habeat

beat utiles, ex heredis perſona directas actiones hereditarias *l.* 5. *l. f. C. h.*

II. *Venditæ hereditatis Effectus reſpectu venditoris ſunt*, quod (1.) Venditor quidem totius hereditatis, at non rerum ſingularum evictionem præſtare teneatur. *l.* 2. *ff. h. l.* 1. *C. de Evict ion.* (2.) quod ab emtore repetere poſſit, quicquid hereditatis nomine Creditoribus vel legatariis &c. præſtitit *l.* 2. *C. de leg.* ab his enim venditor adhuc recte convenitur, *d. l.* niſi fiſcus venditor ſit *l.* 1. *C. h* FRANZ *Comm. ff. h. t. num.* 14. *v. plur. Comp. Jur.* LAUTERB. *h. t. de actione vendita. v. l.* 3. *T.* 20. *a.* 18.

*De ſervis exportandis, vel ſi ita mancipium venierit, ut manumittatur vel contra* L. 18. *ff. tit.* 7.

III. *Servi etiam* Jure Civili *vendebantur pactis adjectis*, e quibus probabantur æqua: ut de ſervo exportando *l.* 1. *ff. h.* manumittendo *l.* 3. *ff. h.* non iniqua: ut de ſerva proſtituenda. *v. l.* 67. *ff. h.* Pariter *ad Pacta injuſta refert* HAHN. ad WES. *h. t.* ſi quis emat pretio nunc recepto 100. oves indeterminate tradendas ubi plus valebunt: ſi quis in Autumno pretio uſitato emat 100. oves ſervandas usque ad menſem Januarium, ita, ut fructus ad emtorem perveniant, periculum ad venditorem pertineat &c. Item pacta emtorum vel venditorum inter ſe ad Monopolium tendentia ſub pœna graviſſima improbantur *v. l. un. C. de Monopol.* niſi Principis auctoritate Monopolia ex

juſta

juſta cauſa exerceantur. *v.* CARPZ. *P.* 1. *dec.* 4. HAHN. *c. l. j. a. Jus Sax.* der Torg. Ausſchr. *d. Anno* 1583. *T.* von ſchädlichen Vorkauffen insgemein *&* *Spec.* von Vorkauffe des Getraydes, der Wolle.

## DE PROXENETICIS.

L. 50. ff. t. 14.

IV. Ad mercedem locationis conductionis quam proxime accedit *proxeneticum* ſive honorarium, quod negotiorum licitorum conciliatoribus pro miniſterio quali quali accommodato ſolvitur *a. l.* 2. *l.* 3. *ff. h.* Hi conciliatores ſ. *Proxenetæ* vulgo appellantur die Mäckler, Unterhändler, & ſunt hodie vel publici vel privati. *Publici*, qui publica autoritate conſtituti, & ad hoc officium juramento devincti ſunt. *v.* STRAUCH. *de Proxenet. Privati* qui privata auctoritate hoc officio funguntur. e. g. in Nuptiis *l. f. ff. de ſponſal. j. tamen l. f. C. eod.* Præſtant Proxenetæ dolum & culpam latam. *v. l.* 2. *ff. h.* & peti poteſt ab ipſi proxeneticum extra ordinem *l. f. ff. h.* Sunt autem proxenetæ in cauſa, in qua mediatores exſtitere, teſtes demum habiles, atque ad teſtimonium compelli poſſunt utriusque partis conſenſu. *N.* 90. *c.* 8. *v.* WIS. *P.* 2. *D.* 42. *th.* 20. ECK. *Comp. ff. h. t.* §. 2. GAIL. *l.* 1. *Obſ.* 100. *n.* 19.

## DE NAUTICO FOENORE.

L. 22. ff. t. 2.

V. Uſuris, quæ ex plurimis contractibus præ-

præſtandæ ſunt, affine eſt *Nauticum fœnus*, quod ſolvitur pro pecunia mutua, quæ periculo creditoris trans mare vehitur, etiam citra ſtipulationem pacto promiſſum *l.* 1. *l.* 5. §. 1. *l.* 7. *ff. h.* propter periculi magnitudinem uſuras etiam centeſimas in pecunia trajectitia ſtipulari permiſſum eſt. *l.* 26 §. 1. *C. de Uſur.* & incipit creditoris periculum ex ea die, ex qua navem navigare convenit, & definit, quando navis ſalva intra ſtatuta tempora ad locum deſtinatum pervenit. *l.* 6. *ff. h.* Quodſi autem culpa debitoris in navigatione damnum contingat, non præſtat illud Creditor. *l.* 3. *C. h.* *Quaſi nauticum fœnus eſt*, cum mercatori aut alii pecunia periculo Creditoris ſimili ratione datur extra navigationem. *v. l.* 2. *C. l.* 5. *ff. h.* HAHN. ad WESENB. *h. t.*

## TIT. III.
## DE
## ACTIONIBUS E CONVENTIONE EORUM, QUI IN NOSTRA POTESTATE SUNT, ADVERSUS NOS COMPETENTIBUS.

Ex obligatione, quæ perpenſa eſt hactenus, regulariter adverſus contrahentes, non alios, datur actio. *v. l.* 3. *C. Ne uxor pro mar.* quod exceptionem patitur, in perſonis noſtræ poteſtati ſubjectis.

I. Ita

L. 15. ff. t. 2. Quando de peculio actio annalis eſt.

I. Ita actio de peculio illi, qui cum filio vel ſervo contraxit, adverſus patrem vel dominum, quatenus eſt in peculio, competit §. 36. I. *de Action.* & hæc quidem actio, quamdiu ſervus vel filius in poteſtate, eſt perpetua, poſt mortem autem ejus, vel poſt quam emancipatus, manumiſſus alienatusve fuerit, annalis eſt *l.* 1. §. 1. *ff. Quando de pecul. actio annalis eſt.* Cum *hodie* ſervitio liberorum hominum utamur, adverſus dominos non niſi intuitu debitæ mercedis J. Saxon. agitur. Land-Recht. *l.* 2. *a.* 32. SCHULTZ. *Syn. Inſt. t. de Action. l. aa.* Item quia filiifamilias conſenſu Patris negotiantes quoad negotiationem pro emancipatis habentur, exiguus eſt hujus actionis uſus ſecundum SCHULTZ. *Syn. I. t. Quod cum eo qui alien. pot. lit. C. ubi Addit* HAHN. ad WESENB. *t. de Pec. num.* 4 *f* GROENEW. *de LL. abrog. ad l.* 1 *ff. h. t.*

L. 14. ff. t. 4. de Tributoria Actione.

II. Similiter *actio tributoria* datur illi, qui cum ſervo vel filiofam. Domino vel Patre ſciente *l.* 1. §. 3. *ff. de Tributor. action.* contraxit, ejusque heredibus adverſus dominum vel patrem ejusque heredes, quatenus ad eos pervenit. *l.* 7. §. *f. ff. h.* ad hoc, ut res peculiares inæqualiter diſtributæ æqualiter diſtribuantur. *l. f. ff. h.* quam actionem *hodie* non obtinere tradit. HAHN. ad WES. *f.*

L. 14. ff. t. 5. Quod cum eo, qui in aliena.

III. Hæc autem notanda eſt inter ſervos & filiosfamilias differentia, quod ſervi poteſtate dominica ſoluti plane non poſſunt conveni-

veniri hi autem poſſunt, at, ſi nihil e bonis paternis conſecuti ſunt, tantum in id, quod facere poſſunt. *l. 2. ff. Quod cum eo, qui in alien pot.* i.e. ita, ut non totum, quod habent, extorqueatur, ſed & eorum ratio habeatur, ne egeant. *l. 19. ff. de re jud. Hodie* emancipatos in ſolidum eſſe conveniendos cenſet GROENEW. *de LL. abrog. ad L. 2. C. h.* & de Gallorum moribus teſtatur. *all.* AUTUMN. *Conſ. Gall. ad l. 5. ff. h.*

poteſtate eſt negotium geſtum eſſe dicitur.

## TIT. IV.
## DE CESSIONE BONORUM.
L. 42. ff. t. 3.

Tollitur obligatio per ſolutionem ſolidi, quam qui facere non poteſt, ad evitandum carcerem ceſſionem bonorum ſuſcipere non prohibetur Lege Julia *l. 1. l. 4. C. Qui bon. ced.*

I. *Ceſſio bonorum eſt* actus, quo debitor obæratus omnia ſua bona Creditoribus concedit, ut ipſe ſalva exiſtimatione carceris moleſtiam evitet, interimque Creditoribus quodammodo ſatisfiat. *l. 6. ff. h. l. 1. l. 8. C. h.* Ceſſio fit voluntate debitoris quomodocunque declarata. *v. l. 6. C. h.* etiam extrajudicialiter. *l. f. ff. h.*

II. *Cedere bonis poſſunt debitores* utriusque ſexus, qui alienare poſſunt, tam filii quam Patresfamilias *l. 7. C. h.* etiam univerſitates & Eccle-

ſiæ. HAHN. ad WES. *h.t.verb.omni.Prohibentur* autem (1.) debitores, qui fraudulenter bona ſub ſpe ceſſionis diſſiparunt. *v. l.* 48. *ff. de Iur. dot.* STRAUCH. *diſſ. Inſt.* 28. *th.* 13. (2.) Fiſci aut ex delicto debitores *v. l.* 2. *C. de exact. tribut. v. l.* 37. *ff. de minor.* quod ad publicanos applicat WISS. *ad π. P.* 2. *D.* 21. *th.* 21. *Cedi poteſt creditori* etiam invito *v. l.* 55. *ff. de O. & A.*

III. *Cedi debent bona* debitoris *omnia*, ne quidem ſecundum rigorem juris, veſte, lecto aut alimentis quotidianis exemtis, licet ea nonnunquam ex æquitate & commiſeratione debitori relinquantur. *v. l.* 6. *ff. h.* MEV. *in Theatr. concurſ. Cred. c.* 1. *th.* 35. neque excluſo peculio profectitio. *v. l.* 7. *C.* HAHN. ad WES. *h. t. verb. Quam.* aut fructu præbendarum vel commodo braxationum, *uti reſponſum eſſe docet id. c. l. n.* 4. *Non* vero *ceduntur* bona feudalia, emphyteutica aut fideicommiſſaria, niſi quatenus debitor ex iis jus percipiendi fructus habet. *v. l.* 69. §. 1. *ff. de leg.* 2. PEREZ. *ad Cod. h. t. n.* 19.

IV. *Ceſſio bonorum hac ratione fit*, quod creditores liquidi ſui crediti ſolutionem urgentes convocentur, iisque convocatis Inventarium omnium bonorum cum libro rationum vel etiam jurata ſpecificatio edatur, & tum plerumque Curator bonorum conſtituatur. MAGNIF. AUCT. *S. I. C. Ex.* 44. *th.* 19. LAUTERB. *Comp. Iur. h. t. l.* 5. *Conſ. Iurispr. l.* 1. *t.* 28. *n.* 20.

V.

V. *Per hanc ceſſionem bonorum debitor* a metu carceris *liberatur*. *l.* 1. C. *h.* & Exceptione ceſſionis a Creditoribus conventus ſe defendere poteſt, donec ad pinguiorem ſortem pervenerit; item locupletior factus beneficium competentiæ habet. *§. f. I. de Act. l.* 3. C. *de reb. aut. jud. poſſ. j c.* 3. *X. de Solut.* Creditores vero jus petendi diſtributionem bonorum nanciſcuntur. *v. l.* 4. C. *de reb. Auct. jud. j. plur.* STRAUCH. *Ex. Inſt.* 28. *th.* 16. 17.

VI. *Iure Saxon. Communi* debitor non exiſtens ſolvendo ad manus creditoris tradi ſolet, ut eum vinculis incluſum teneat, donec operis vel alia ratione debitum diſſolvat. Land-Recht. *l.* 3. *a.* 39. CARPZ. *P.* 2. C. 22. *d.* 1. *I. Sax. Electorali* in carcerem publicum conjici poteſt etiam advena, *id. d.* 2. BERL. *P.* 2. *Concl.* 28. *num* 14. 15. 16. niſi ſit mulier CARPZ. *d.* 19. nec ceſſioni bonorum, niſi Creditoribus conſentientibus, locus eſt, CARPZOV. *d.* C. *d.* 11. 12. 13. unde hoc Jus contra Saxones retorqueri ſolere monet GROENEW. *de LL. abrog. ad l.* 4. C. *h.*

## DE SEPARATIONIBUS
### L. 42. ff. t. 6

Quando bonorum ceſſio fit, Creditores concurrunt vel ſolius debitoris, vel debitoris forte defuncti & heredis. Quo poſteriori caſu defuncti Creditores gaudent Iure ſeparationis.

VII. *Jus ſeparationis eſt* beneficium Prætoris *l.* 1. *ff. h.* quo creditores defuncti petentes cauſa cognita a propriis Creditoribus heredis ſeparantur, ut ipſis e Patrimonio defuncti præ creditoribus heredis ſatisfiat. *v. l.* 1. §. 1. *ff. h. Impetrant* hanc *ſeparationem* non tantum *Creditores*, quibus pure, ſed etiam quibus ex die vel ſub conditione debetur. *l.* 4. *ff. h.* etiam hypothecarii ſecundum jus Civile, *a. l.* 2. *C. de reb. auct. jud. l.* 1. §. 1. *ff. h.* non Saxonicum. 4. *O. P. S. t.* 42. §. gleiche Meynung. *v.* CARPZ. *P.* 1. 28. *a.* 22. Ita recte diſtinguit LAUTERB. *V.* 2. *D.* 16. *c.* 3. §. 8.

*VIII.* Separatio *impetratur adverſus* defuncti *heredem*, qui non eſt ſolvendo. *l.* 1. §. 1. *ff. h. & ceſſat* (1.) quinquennio poſt aditionem hereditatis elapſo. *l.* 1. §. 13. *ff. h.* quod Jure Saxonico obſervatur, *v.* CARPZ. *l.* 4. *t.* 2. *Reſp.* 18. *& præjud.* RICHT. *d. J. & priv. Credit. c.* 1. *memb. poſt. num* 147. hoc tamen non admittit in Creditoribus hyothecariis *id.* RICHT. *c. l. n.* 176 *ubi præjud.* (2.) Quando bona hereditaria bonis heredis ita mixta ſunt, ut impoſſibilis ſit ſeparatio. *l.* 1. §. 12. *ff. h. j.* STRUV. ad ANT. MATTH. *de ſucceſſ. t.* 16. *th.* 29. (3.) cum bona hereditaria bona fide ſunt alienata. *l.* 4. *ff. h.* (4.) Si Creditores novandi animo ab herede ſtipulati ſunt *l.* 1. §. 10. *ff. h v.* RICHT. *c. l. n.* 119 *ubi præjud.* Hoc ſeparationis beneficio confecto inventario opus non eſt. *v. l.* 22. §. 49. *C. de Jur. del.* ECK. *C. ff. h. t.*

*TIT.*

## TIT. V.

## DE
## REBVS AVCTORITATE JVDICIS POSSIDENDIS VEL VENDENDIS,

L. 24. ff. t. 2.

I. Creditores concurrentes debitoris bona, poſtquam poſſeſſionem eorum nacti ſunt, ſolenniter vendunt *l 9. C. h. l. 2. C. de fid. & jur. haſt. fiſc.* ut cuivis creditori ſecundum prioritatem, quam habet, fieri queat ſolutio. Commode igitut hoc titulo (1.) concurrentium Creditorum Proceſſus, (2.) jus Prælationis exponetur.

II. *Deſcribi* autem *poteſt Concurſus Creditorum*, qud ſit univerſale judicium, inter Creditores & eorum debitorem communem coram hujus Judice competente inſtitutum. Naſcitur Concurſus vel Debitore Creditores convocante bonisque cedente, vel Creditoribus ſponte concurrentibus, concurſumque formari petentibus. Inde Citatio ad Creditores, ut creditum probent, prioritatemque oſtendant, ad debitorem, ut reſpondeat, & inſtrumenta producta vel recognoſcat vel diffiteatur, emitti & ſingulis legitime inſinuari ſolet. Hinc debitor, bonis nondum ceſſis, ipſe, ſi bonis ceſſit, abſens eſt, aut hereditatem jacentem reliquit, bonis abſentive datus Curator citatur. Si debitor non

comparet, ſub pœna recogniti,liquidi & confeſſi denuo citatur. Creditores nominatim noti prima vice ſimpliciter, contumaces ſecunda vice ſub pœna præcluſionis, ignoti autem Edictaliter ſub eadem pœna vocantur. Quodſi in contumacia tum perſeverat debitor, documenta pro recognitis debitumque pro liquido pronunciatur. Si creditor in contumacia perſeverat, præcluditur. Comparens autem debitor adverſus poſtulata Creditorum ſuas exceptiones proponit, documenta vel recognoſcit vel diffitetur, (ad defenſionem conſcientiæ per probationes non admittitur) niſi teſtes Creditor de manu debitoris atteſtantes producere, quam diffeſſionem admittere malit Creditores vero ſuum creditum probant,illiusque prioritatem deducunt, quo facto ſententia deſignationis fertur, quæ nonnunquam conditionalis eſt; In ea ferenda officium Judicis præcipue in eo conſiſtit, ut ſingulorum Creditorum jura accurate perpendat, ne Leuterationibus & Appellationibus litem protelari neceſſe ſit. *v* RICHT. *de J. & P. C. c.* CARPZOV. *P.* I. *C.* 28. *d.* 1 *ad* 12. *& exacte hæc tradens* LYSER. *Diſſ. de Concurſ. & Graduat. Cred. cap.* 1.

III. Alterum hujus tituli membrum eſt *de Jure Prælationis inter Creditores*, quod habent ordine priores; commodiſſime autem ordo Creditorum quinque claſſibus conſtitutis cognoſcitur, quarum I. Contineat Creditores, qui

qui cæteris omnibus creditoribus quocunque etiam privilegio munitis, præferuntur. II. Creditores præter hypothecas privilegium prælationis habentes. III. Creditores, qui jus reale ex hypotheca, arreſto vel immiſſione adepti ſunt IV. Creditores perſonali tantum privilegio inſtructos. V. Chirographarios ſimplices. De ſingulis præcipue l. Sax. ductu agemus. *v. O. P. S* 41. CARPZOV. *P.* 1. *C.* 28. *d.* 11. BERL. *P.* 1. *Concl.* 63. & *Dd. all. n.* 3.

IV. *In Prima Claſſe* vocantur (1.) *Res ſuas extantes jure dominii repetentes O.P.S.t.* 42. *pr. j. N.* 91. *c.* 1. *ut domini res depoſitas, l.* 17. §. 1. *ff. depoſ.* CARPZOV *d.* 15. furtivas *§. f. I. de obl. quæ ex del.* Viduæ vel uxores eorumve liberi bona dotalia, paraphernalia &c. filii bona caſtrenſia & qs. caſtrenſia nec non adventitia regularia. CARPZOV. *d. C. d.* 13. 14. Venditores vendita dominio nondum translato vel dolo emptoris patefacto, *l.* 19. *ff. de contrah. emt. l* 5. §. 8. *ff. de Trib. act.* GAIL. *l.* 2. *Obſ.* 15. CARPZ *d.* 17. 19. 21. Commodatores commodata, precario concedentes precario conceſſa, locatores locata, (quod etiam ad oves vaccasve ferreas pertinet. RICHT. *de I. & Priv. Cred. c.* 2. *m.* 1. *num.* 23. *ſeqq*) revocantes: *v.* BERL. *P.* 1. *Concl* 64. *a num.* 4. *ad* 59. RICHT. *c. l. d. c.* 1. *ad num.* 55. (2.) *Venditores qui* ante traditionem vel in ipſa traditione *hypothecam ſibi*, licet extrajudicialiter, *reſervarunt O.P S t.* 42. §. da auch einer. CARPZ. *d. C. d.* 20. (3.) *Cre-*

*ditores, qui in re vendita, antequam debitor eam emeret hypothecam acceperunt. v. a. l.* 12. *C. de Diſtr. pign. O P S.t* 24. §. Gleiche Meynung. CARPZ. *d. C. d.* 12. *j Dec. Nov. Elect.* 63. quomodo etiam adverſus fiſcum eſſe pronunciatum docet MAGNIF. AUCT. *S J.C Ex.* 44. *th.* 46. *n.* 3. (4.) *Sumtus pendente concurſu in utilitatem omnium Creditorum erogati*, ut inventarii confecti, taxationis & diſtributionis bonorum, die Inventir- Taxirungs- und Subhaſtations-Koſten. &c. *v. l.* 8. *ff. depoſ. l.* 22. §. 9. *C. de Jur. del.* nec non ſalarium Curatoris bonorum HAHN. ad WES. *h. t. n.* 4. §. 1 CARPZ. *d. C. d.* 36. RICHT. *d. c.* 2 *m.* 2. *n.* 6. 8. deinde mercedes famulorum, das Lied-Lohn, dummodo his certa merces ſit promiſſa, iidemque tempore mortis in ſervitio & convictu debitoris reperiantur. *d. t.* 42. *O. P. S.* §. nechſt dieſen. CARPZ. *d C. d.* 25. quod ad pædagogum extendendum. *d.* 26 ſed ceſſat, uſuris hujus pecuniæ tanquam creditæ a famulo acceptis, *v. l.* 7 §. 2. *ff. depoſ. d.* 43. Hoc privilegium mercedis famulorum Juri Civili ignotum eſt. HART. PIST. *P.* 1. *q.* 8. *n.* 2. (5.) *Impenſæ funeris. l.* 14. §. 1. *l.* 43. *ff. de relig. & ſumt.* debitoris, non uxoris & liberorum *d. T. O. P.* §. Ferner. quamvis contrarium Jure Civili defendi poſſit. *v l.* 17. *ff. de reb. auct. jud poſſ.* CARPZ. *d.* 40. *v* RICHT. *d. l. c.* 2. *m.* 4. *num* 12. *ſeqq. Conſ. Add. l.* 2. *t.* 1. *a.* 7. 8. (6.) *Salaria Medicorum, Chirurgorum, pharmacopolarum* in morbum ultimum defuncti

functi impenſa, dummodo fuerint probata, CARPZ. d. C. d. 43. 45 46. HAHN. ad WES. h. num. 4. alia probatione deficiente per conjecturas veriſimiles, iisque ceſſantibus, per juramentum BERL. d. Concl. 64. n. 92. 93. quod an Iuri Civili conveniat v. Add. cit. T. 1. a. 8. (7.) Collectæ & exactiones publicæ, Schoß, Steuer. l. 1. C. ſi propt. publ. penſit. l. 4. C. ex quib. cauſ. pign. ſive Principi ſive magiſtratui inferiori præſtentur. CARPZ. d. C. d. 47. ſive collectæ ſint ordinariæ, ſive extraordinariæ, veluti Opfer-korn, Wächter-Soldaten-Frohne-Hufen-Geld, Defenſion-Steuer, Contribution, Diſcretion, Corteſy, Præſent-Geld ꝛc. HAHN. ad WES. h. num. 4. §. 4. CARPZ. d. C. d. 49. STRAUCH. Diſſ. Inſt. 15. th. 19. PHIL. ad T. 42. O. P. S. Conſid. 4. Diſſ. RICHT. de J. & priv. Cred. c. 2. m. 5. num. 31. adeo quidem, ut idem jus extendant ad ſumtus, quos ſubditi ex conſuetudine in executionibus criminalibus ſolvunt. Das Hencker- oder Herd-Geld. BERL. P. 1. Concl. 64. num. 109. HEIG. P. 2. q. 23. n. 15. ſeqq. CARPZ. dict. def. 49. imo civitatibus tributa pro ſubditis erogantibus idem privilegium ad quadriennium conceſſum eſt in Land- und Tranck-ſteuer. Erört. der Land-Geb. d. A. 1609. § 17. Privilegium tributis conceſſum etiam ad canonem Emphyteuticum, Decimas Reditusque annuos, tam redimibiles quam non redimibiles pertinet. Conf. l. 15. ff. Qui pot. in pign. O. P. S. t. 42. §. Ferner. CARPZ. d. C. d. 54. 55.

(8.) *Pecunia hereditaria*, *eſt* autem pecunia hereditaria, quam heres coheredi e bonis immobilibus hereditatis, titulo familiæ herciſcundæ, ſingulis annis aliisve ſolutioni præfinitis intervallis ſolvere debet. CARPZOV. *P.* 3. *Conſt. El.* 21. *d.* 8. RICHT. *de J. & P. Cred. c.* 2. *m.* 7. *n.* 2. *j d. Tit. O. P. S.* Es wird. Hoc privilegium etiam ad Emtorem pecuniæ hereditariæ tranſit, CARPZ. *d.* 17. ſed ad bona, pro quibus ea ſolvenda eſt, reſtringitur a CARPZ. *Dec.* 268. & interit acceptis ex hac pecunia uſuris, adhibita in exigendo mora *Nov. dec. El.* 7. ipſiusque prædiis hereditariis in tertium translatis CARPZ. *d. Conſt. d.* 59 61. BERL. *d. Concl. n.* 119. Pecunia hereditaria hoc ſenſu Juri Civili incognita eſt, *ſi libet, vid. diſſ. meam inaug. de pecun. hered. c.* 1. *th.* 3.

V. Secunda Claſſis Creditores ſiſtit, præter hypothecas jus prælationis habentes vel ob ſpeciale privilegium, vel hypothecæ conſtitutæ modum. Ob Privilegium præferuntur (1.) *qui crediderunt ad militiam* ſibique ſpecialiter de hypotheca proſpexerunt *N.* 97. *c.* 4. quod ad eos, qui crediderunt ad Equeſtres ordines, Magiſterii, Licentiaturæ & Doctoratus inſignia adipiſcenda, applicari poſſe credit HAHN. ad WES. *h. Diſſ.* LAUTERB. *Comp. Jur. h. t. lit. c.* (2.) *Mulieres in repetenda dote non amplius extante. l* 12. *C. Qui pot. in pig.* ejusque augmento. *N.* 97. *c.* 2. CARPZ. *P.* 1. *C.* 28. *d.* 68. Præferuntur autem

jure

jure Civili etiam creditoribus, expreſſam hypothecam anteriorem habentibus *dd. ll.* LAUTERB. *v.3.D.6.th.*22. BERL. *P.*1. *Concl.*65.*n.* 6. BACH. *v.*2.*D.*24 *th.*7 *lit.B.verb.Præferturque. Jure Saxonico* tacita anteriore hypotheca non expreſſa munitis *O. P. S. t.* 43.*pr.* CARPZ. *d.l.* Hoc privilegium nec ad Paraphernalia, intuitu quorum nudum hypothecæ jus uxori datum eſt. *l.f.C. de Pact. conv.* T.43.*O. P.S.§.* Was aber. CARPZOV. *d. C. d.* 86. nec ad donationem propter nuptias extendendum, cujus nomine & Jure Civ. *v.* BACH. *de Pign. l.* 1.*c.*10.*n.* 4. Non obſt. *N.*91. *c.* 3. & Saxonico *d.T.O.P.S.§.* So ſollen wir, ne quidem jus hypothecæ uxori competit. CARPZ. *d. C.d.*91. Incipit hoc Privilegium dotale Jure Civili a tempore promiſſæ dotis contractique matrimonii. *v.l.* 1. *ff.qui pot. in pign.* BACH. *ad* TREUTL. *cit. lit. b. verb. Mulier.* Jure Sax. a tempore copulationis ſacerdotalis. *per P.* 2. *Conſt.El* 24 *ubi* CARPZ. *d.*1. Tranſit hoc privilegium ad liberos. *l* 12.§.1.*C. Qui pot. in pign.* N.91. I. non ad heredes extraneos *l. un. C. d. Priv.dot.* CARPZ. *d.C.d.*95.96. BERL. *d. Concl.* 65.*n.* 93. BACH. *de Pign. l.*4.*c.* 13.*n.*2. & locum habet etiamſi mulier obærato nupſerit, aut ſtatuto ſit diſpoſitum, ut nomina pupillorum omne debitum præcederent, ſecundum *Nov.dec El.*5.6 *v.* STRAUCH. *Diſſ.Inſt.*15 *th.*19. *j.* RICHT. *de J.& Priv.Cred.c.*3. *ſect.*(1.) *Qui in refectionem ædificii credidere*, dummodo ſpecia-

cialiter ad refectionem ſit data pecunia. ædificium inde ſit refectum & adhuc exſtet *a. N.* 97. *c.*3. *l.*6 *ff. qui pot. in pig. l.* 1. *ff. Quib. in cauſ pign. tac. v.* GAIL. *l.*2. *Obſ.* 12 *n.* 4. *v. O. P.S. t.*43. §. Wenn auch einer. CARPZ. *d. C. d.* 105. RICHT. *d. Tr. c.* 3. *ſect.* 3. *num.* 1 *ſeq.* idem ſtatuendum eſt de eo, cujus pecunia ædificium aut prædium eſt emtum, quoties ſpecialiter ſibi hypothecam pactus eſt *v. l.*7. *C. Qui pot. in Pign. l.* 17. *C. de Pignor. d. T. O P.* §. Alſo wann. CARPZ. *d. C. d.* 107. non idem obtinet in eo, qui tantum ad exſolutionem pretii pecuniam credidit CARPZOV *d.* 108. PHIL. *ad O.P Conſ.* 7. RICHT. *c. l. ſect.* 4 *num.* 24. (4.) *Pupilli in rebus pupillari pecunia emptis. L.* 7. *ff. Qui pot. in pign l.* 3. *ff. d. reb. auct. jud poſſ.* CARPZ. *d* 109. NEGUZ *de Pign. Part.* 5. *m.* 2. *n* 19. BERL *d. Concl.* 65. *n.* 145. RICHT. *d. Sect.* 4. *n.* 18. (5.) *Fiſcus in rebus a debitore poſt contractum* cum ipſo *initum acquiſitis. l.* 28. *ff de Jur fiſc. O.P.S.* T. 43. §. deßgleichen. BERL. *d. Concl n.* 122. CARPZ. *d.* 103 RICHT. *d. Tr. c.* 3. *ſect.* 3. *num.* 21. non in pœnalibus *l.* 17. 37. *ff. de Jur. fiſc. l. un. C. de pœn. fiſc.* niſi a tempore condemnationis, ex quo hypothecam tacitam habet Jure Saxon. *d.* §. deßgleichen. non civili LAUTERB. *Comp. Jur. h.* Ob hypothecæ conſtitutæ modum præfertur Creditor, cui inſtrumento publico eſt conſtituta hypotheca, ei, cui hypotheca tantum privata ſcriptura conceſſa eſt, quod in mobilibus Jur.

Sax.

Sax. non obtinet MOLL. *l* 1. *Semeſt. c.* 3. CARPZ. *P.* 2. *C.* 23. *d.* 9. *v. Dec. Nov. El* 60.

VI. *Ad Tertiam claſſem referuntur Creditores jus reale habentes*, ſive illud per conſtitutionem hypothecæ expreſſæ aut tacitæ, ſive per immiſſionem judicialem actualem, aut arreſtum legitime impetratum ſint adepti. *Vid. O.P.S. t.* 44. 45. 46. 47. 48. Hi creditores pro rata admittuntur, ſi eodem momento jus reale impetrarint, vel quis prior altero fuerit, ignoretur. *d. T.* 44. §. da auch. *v. Ipr. l.* 2. *T.* 25. *a.* 14. *ſeqq. j.* CARPZ. *de* 110. *ad d.* 149. RICHT. *c. l. c.* 4. *ſect* 1. 2. 3. 4. BERLICH *P* 1. *concl.* 66.

VII. *Quarta Claſſis continet creditores perſonaliter* tantum *privilegiatos*. Quibus accenſetur (1.) *Deponens re depoſita non* amplius *exiſtente. l.* 7. §. 2. *ff. Depoſ. l.* 24. §. 2. *b.* CARPZ. *P.* 1. *C.* 28. *d.* 150. WES. *ad π. P.* 2. *d.* 22. *th.* 9. *j.* LAUTERB. *Comp. Jur. b. num* 4. quod ad depoſitum Judiciale & neceſſarium non eſt producendum: hoc enim arreſta poſteriora præcedit per *O. P. S. T.* 49. *pr. &* CARPZ. *d. C. d.* 151. PHIL. *add. T. O. P. Conſ.* 1. (2.) *Reſpublica Creditrix. l.* 38. §. 1. *ff.* (3.) *Debita piarum cauſarum & alimentorum d. T.* 49. *O. P.* §. alles. CARPZ. *d.* 152. (4.) *Creditores, qui gratis pecuniam dederunt mutuam d. T.* §. wenn auch. *id d.* 153. (5.) *Venditores in reſiduo pretii*, qui de jure pignoris ſibi non proſpexerunt. *d. T.* §. Jngleichen. *d.* 154. (6.) *Qui ad rem comparandam vel reparandam*

*credi-*

*crediderunt pignoris jure non impetrato l.* 5. 6. *ff. Qui pot. in pign. l.* 34. *l.* 26. *ff. h.* RAUCHB. *P.* 1. *q.* 5. RICHT. *d. I. & P. Cred. c.* 3. *Sect.* 4. *n.* 15. (7) *Advocatorum, Præceptorum & Procuratorum ſalaria* ſecundum RAUCHB. *d. Tr. c.* 5. *n.* 36 j HAHN. ad WES. *h. t.*

VIII. *Quartam claſſem occupant nudi Chirographarii.* i.e. Creditores, qui vel nuda chirographa ſeu Cautiones producunt, vel credita ſua per teſtes aut confeſſionem debitoris probant. CARPZOV. *d.* 159. Reliquum eſt, ut hoc loco notetur, *quomodo creditores concurrentes ejusdem claſſis ſibi invicem præferantur, cum ex patrimonio Debitoris omnibus ſatisfieri nequit. Creditores Claſſis primæ*, utpote jus prælationis ante omnes habentes, eo ordine, quo hactenus ſunt collocati, priores poſteriores plane excludunt. CARPZOV. *d. C. d.* 12. BERL. *P.* 1. *Concl.* 64. *num.* 125. inter creditores *ſecundæ* Claſſis, ſeu eos, qui hypothecam cum privilegio prælationis habent, præferendi ſunt tempore priores: nam privilegiatus adverſus privilegiatum non utitur ſuo privilegio. *v. l.* 8. *pr. ff. de Excuſ. l.* 12. §. 1. *in f. C. Qui pot. in pign. N.* 91. *c.* 1. CYNUS *in Auth. Quo Jure C. qui pot. in pign.* BERL. *P.* 1. *Concl.* 65. *num.* 155. CARPZ. *d. C.* 63. *O. P. S. T.* 43. §. wenn ſie aber. ubi cum de prioritate non conſtat, primo loco uxor, ſecundo pupillus, tertio Fiſcus collocari jubetur, reliquis creditoribus pari jure concurrentibus, §. wenn man. CARPZOV. *d. l.* In Tertia Claſſe Credito-

ditores jus tantummodo reale habentes, tempore priores jure ſunt potiores. *l.* 2. *l.* 7. *C. qui pot. in pign.* de qua Regula *v. Addit L.* 2. *t.* 7. *num.* 1, 2. CARPZ. *d C. d.* 110. Creditores ad *quartam* Claſſem relati, ſ. qui nudum jus prælationis habent, pro rata concurrunt, etiamſi privilegia ſint imparia. Secundum CARPZ. *d. C. d.* 149. *ubi præjud. Diſſ.* BERL. *P.* 1. *Concl.* 70. *num.* 28. *it.* LAUTERB. *Compend. Jur. h. t. num.* 4. *j.* RICHT. *de J & P. Cred. c.* 5. *num.* 9. Pariter Creditoribus *Quintæ* Claſſis, ſeu nudis chirographariis, pro rata quantitate ſatisfaciendum eſt. *l.* 6. *C. de reb. auct. Jud. poſſ.* CARPZOV. *d. C. d.* 158.

IX. Jure Civili uſuræ cum ſorte pari jure prælationis gaudent. *v. l.* 18. *ff. qui pot. in pign.* Quandoquidem acceſſorium naturam ſui principalis ſequitur. *c.* 42. *d. R. J.* 6. SIM. PIST. *P.* 2. *Conſ.* 7. *num.* 10. non vero Jure Saxon. *O. P. S. T.* 50. *§.* Es iſt aber. Excipiuntur ob favorem Creditoris (1.) Eccleſiæ ſimiliaque loca pia. *Dec. El* 8. (2.) Pupilli reliqua ex adminiſtratione a Tutore petentes. *Dec. Nov. El.* 9. Ob conditionem uſurarum vel debiti vero (1.) ſi per modum intereſſe petantur uſuræ *v. d. Dec.* 8. (2.) ſi poſtulentur ut reſiduum pretii. *d. T.* 50. §. denn wann. (3.) in annuis reditibus, (4.) in uſuris pro principali a fidejuſſore ſolutis. (5.) in uſuris dotalibus. *d. O. P.* (6.) in feudalibus *Dec. Nov. El.* 10. CARPZ. *d. C. d.* 164. *ſeqq.* MAGNIF. AUCT. *S.*

*J.*

L. 42. ff. t. 8. Quæ in fraudem Creditorum facta ſunt ut reſtituantur.

*J. C. Ex.* 4.. *th.* 58. *Conf.* RICHT. *d. l. & P. C. c.* 7. *&* PHIL. *ad Cit. de Elect.*

X. Ad maſſam communem Creditorum non tantum pertinet id, quod in bonis debitoris eſt, ſed etiam in iiſdem improbo debitoris facto eſſe deſiit: nam *in fraudem Creditorum alienata* animo & eventu alienantis ſpectato § 3. *I. Qui & ex quib. cauſ. actione Pauliana intra* annum utilem *l.* 6. § 14 *ff. Quæ in fraud. Cred. revocari poſſunt.* In hac actione vero alienare dicitur, qui patrimonium diminuit, non qui occaſionem acquirendi omittit. *l.* 6. *ff. h.* CARPZOV. *P.* 3. *C.* 23. *d.* 21. *num.* 7. Item annus utilis nec ad alienationem titulo lucrativo factam *l.* 10. § 24. *ff. eod.* neque ad liberationem ab actione pertinet. *d. l.* §. 23. nam illo caſu perpetuo, hoc intra tempus actioni inſtituendæ definitum poteſtas revocandi competit. CARPZOV. *P.* 2, *C.* 3. *d.* 20. *J. Juriſpr. L.* 2. *T.* 35. *num.* 27.

## *TIT. VI.*

## DE

## ACTIONE RERUM AMOTARUM.

L. 25. ff. t. 2.

A contractibus transferimur ad delicta, eademque vel privata, vel publica. E privatis delictis furtum. *l.* 3. *t.* 23. *a.* 3. *ſeqq.* vivis colori-

loribus depictum eſt, de quo nonnihil addendum.

I. Furtum honeſtius appellatur *amotio*, quæ *eſt* fraudulosa rei mobilis a conjuge divortii cauſa conjugi facta ablatio. *l.* 1. *l.* 2. *l.* 3. *ff. de act. rer. am.* Ex amotione naſcitur *actio rerum amotarum*, quæ deſcribi poteſt, quod ſit actio perſonalis, *l.* 1. *l.* 2. *ff. h.* rei perſecutoria, *l.* 21. §. 5. *ff. h.* quæ ſoluto per divortium matrimonio, datur conjugi, adverſus conjugem, qui vel quæ quid divortii cauſa conſtante matrimonio amovit, *l.* 2. *C. l.* 3. *l.* 25. *ff. h.* ad hoc, ut res amotæ reſtituantur in ſolidum. *l.* 21. §. *f. ff.* Utiliter hæc actio inſtitui poteſt ob res amotas ſeparatione conjugum quoad menſam & thorum facta, aut muliere, cum de viri vita deſperaret, ſubreptis quibusdam rebus divertente *l.* 21. *ff. h.* At cum ſine divortii cogitatione per levitatem & diſſipandi animo conjux alterius res contrectavit, actio in factum de damno danda eſt *l.* 2. *C.* HAHN. *ad* WES. *h. t. n.* 1.

II. *Hodie* adhuc actio rerum amotarum ſuum habet uſum, qua cum conſulatur indemnitati conjugum, facta amotione locum non habet inquiſitio, *O. Crim. a.* 165. TABOR. *in Racem Crim. d. art. n.* 12. & ad accuſationem alterius, J. Sax. Elect. per *Con. Nov.* 6. pœna extraordinaria carceris, relegationis aut mulctæ pecuniariæ, non corporis afflictiva imponitur. CARPZOV, *Pr. Crim. P.* 2. *q.* 82. *num.* 42.

43. *id. q.* 77. *n.* 30. PHIL. *Uſ. pr. Inſt. l.* 4. *T.* 1. *Ecl.* 7 *n.* 8.

## Si is, qui Teſtamento liber eſſe juſſus erit, poſt mortem domini ante aditam hered. ſurripuiſſe aut corrupiſſe quid dicetur L. 47. t. 4.

Quamvis res hereditatis jacente hereditate ſurripiens nec furti nec legis Aquiliæ actione conveniri queat, *l.* 1. §. 1 15 *ff. h.* TABOR. *Racem. Crim. h. t. n.* 18. 32. ne tamen ex teſtamento liber eſſe juſſus ſurreptionem aut corruptionem impune faciat, Prætor *actionem in factum* concedit, quæ *eſt* pœnalis, *l.* 1. *pr.* & §. 2. *ff. h. C. A. h. t. th.* 10. & intra annum utilem *l.* 1. *ff. h.* datur heredibus, *l.* 1. §. 18. *ff. h.* adverſus ſervos, qui teſtamento liberi eſſe juſſi ſunt, & ex hereditate quid ſurripuerunt aut corruperunt, ad hoc, ut duplum ejus, quod intereſt, præſtetur. *l.* 1. *pr.* & §. 16. *ff. h. j.* TABOR. *c. l. th.* 23.

## Furti adverſus nautas, caupones, ſtabularios. L. 47. ff. t. 1.

IV. Pari modo *Prætor dat actionem pœnalem l.* 1. *§.* 2. *ff. h.* TAB. *Rac. Crim. h. t. th.* 25. quæ competit *illi, cui quid in navi, caupona vel ſtabulo* ab exercentibus, non viatoribus, *l.* 1. *§. f. ff. h. ſubreptum eſt. l.* 1. *pr.* & §. 3 *ff. h.* adverſus nautam, cauponem, vel ſtabularium, *d. l.* 1. ad hoc, ut duplum præſtetur. *l.* 1. *§.* 2. *ff. h.*

ff. h. Quam actionem non receſſiſſe ab uſu contra communem opinionem Doctorum aſſerit c. TAB. n. 32. v. PHIL. Uſ. Pr. inſt. l. 4. Ecl. 42.

## SI FAMILIA FURTUM FECISSE DICETUR.

L. 47. ff. t. 9.

V. Item *ſi familia* (i. e. plures ſervi ejusdem domini) *furtum fecit, datur actio prætoria* ei, cui furtum factum eſt, adverſus dominum, qui ſervos poſſidet, *l. 3. §. f. ff. h.* ad hoc, ut duplum præſtetur præter rem, quæ condictione repetitur. *l. 2. ff. h.* TAB. *Rac. Crim. h. t. n.* 45. Arbitrio autem domini, quo ignorante furtum commiſſum, relictum eſt, utrum familiam noxæ dedere, an vero tantum offerre velit, quantum præſtaret unus liber, ſi furtum feciſſet *l. 1. ff. h.* Hoc ad damnum a familia datum extenditur. *l. 32. ff. ad L. Aquil.* HAHN. ad WES. *h. t.*

## ARBORUM FURTIM CÆSARUM.

L. 47. ff. t. 7.

VI. Coërcetur etiam *furtiva arborum cæſio*, quæ *eſt* delictum privatum, quo quis alienas arbores ignorante domino celandique ejus cauſa cædit. *l. 7. l. 8. ff. h.* Arborum nomine quid comprehendatur, *vid. l. 3. pr. & §. ſeq.* BERL. *P. 5. Concl. 52. n. 22. Datur* etiam *actio civilis, l. 1. ff. h.* mixta pœnalis. *l. 7. §. 6. 7. l.*

8. *ff. h.* Domino tam utili *l.* 5. §. 3. *ff. h.* quam directo, *l.* 8 *ff. h.* adverſus eum, qui arbores alienas clam & invito domino cæcidit, *d l.* 7. ad hoc, ut damnum duplo reſarciatur. *l.* 7 §. *f. ff. h. Conf.* TAB. *Rac. Crim. h. t. num.* 33 *&* *ſeqq.* Iure Sax. ſolo nocendi animo arbores cædenti pœna 30. ſolidorum ſeu duarum ſexagenarum antiquarum imponitur L. R. *l.* 2. *a.* 28. *P.* 4 *C. El.* 37. *ubi* CARPZOV. *d.* 1. qua pœna arboris æſtimatio, quæ præſtanda eſt, non continetur. BERL. *d. Concl. num.* 14. MATTH. COL. *P.* 1. *dec.* 145. *num.* 4 pro qualitate delicti & magnitudine damni vero graviori etiam pœnæ locus eſt. CARPZOV. *Pr. Crim. P.* 2. *q.* 83. *num.* 19. Quodſi arbores animo furandi cæſæ ſunt, pœna furti in delinquentem ſtatuitur, non tamen facile ſuſpendii *v. d. C.* 37. *ibi* CARPZOV *d.* 3. *j. eund. Pr. Crim. d. q.* 83. *n.* 24. ubi de furibus herbarum agit. *n.* 27.

## De incendio, ruina, naufragio, rate, nave expugnata. L. 47. ff. t. 9.

VII. Præterea quoniam publice intereſt, nihil rapi aut recipi ex incendio, ruina, naufragio, rate, nave expugnata, damnique nihil in his rebus dari. *Prætor propoſuit* ſuo Edicto *l.* 1. *pr. &* §. 1. *actionem*, quæ eſt pœnalis mixta, & datur ei, cui quid abreptum, ablatum vel damni datum eſt. occaſione incendii, ruinæ &c *v. l.* 1. §. 23. *ff h. l.* 4 §. 2 *ff. eod.* adverſus eum, qui quid occaſione incendii, ruinæ,

næ, naufragii, ratis, navisve expugnandæ rapuit aut damni dedit, ad hoc, ut intra annum quadruplum, poſt annum ſimplum reſtituat. *l.* 1. *ff. h.*

## *TIT. VII.*

## DE

## SEPULCRO VIOLATO.

L. 47. ff. t. 2.

Poſt delicta privata de Extraordinariis Criminibus agitur, e quibus reliquum eſt, ut in ſpecie agatur de Sepulcro violato.

I. Adverſus violatorem ſepulcri Prætor producit *actionem in factum*, quæ eſt famoſa, *l.* 1. *ff. h.* competens ei, ad quem res pertinet, *l. 6. ff. h.* adverſus eum, qui dolo malo ſepulcrum violavit *l.* 3. *ff. h.* ad hoc, ut præſtet 100. aureos, & ſi ſepulcrum dolo malo inhabitaverit, ducentos *d. l.* 3. quæ pœna actori applicanda eſt, *v. l.* 3. *§.* 8. *ff. h. l.* 12. *ff. de V. S.* ANTON. MATTH. *de Crim. l.* 47. *t.* 6. *n* 6. ubi *num.* 8. addit, hanc actionem uſu non eſſe antiquatam.

II. Hæc obtinent, cum de ſepulcro violato civiliter agitur, non quando criminaliter *v.* CUJAC. *in Parat. Cod. h. t.* tum enim diſtinguendum eſt, utrum violatio cum armis, an vero ſine armis facta ſit: illo caſu capite plectuntur. *l.* 3. *§.* 7. *ff. h.* etiam Jure Sax. P. 4. C.

*El.* 34. *ubi* CARPZ. *d.* 2. hoc caſu cum corpora ſunt extracta oſſave eruta, humiliores ſummo ſupplicio afficiuntur, honeſtiores in inſulam deportantur; alias autem arbitrarie puniuntur, *l. f. ff h.* & quidem corporibus ſepultis & reliquiis tantum contrectatis pœna decem pondo auri fiſco inferenda eſt, *l.* 4. *C. h.* quam pœnam ab uſu nondum recesſiſſe teſtatur *præiud. apud* CARPZOV. *Pr. Crim. P.* 2. *Q.* 73. *n.*66. *Conſ.* HAHN. ad WES. *h. t. n.* 2. *verb. Ei Centum inf.*

## DE CONCUSSIONE.

L. 47. ff. t. 13.

III. Extraordinariis Criminibus annumeratur *Concuſſio*, quæ nihil *eſt* aliud, quam terroris injectio ad faciendum vel non faciendum aliquid. Fieri poteſt a Perſona tam publica quam privata. *v. c.* 5. *XXIII. q. I. Exempl. v. l.* 1. *l.* 2. *ff. h. j.* ANTON. MATTH. *de Crim. l.* 47. *t.* 7. *num.* 3. & WESENB. *t.* 1. 2. Pœna hujus criminis eſt arbitraria. *l.* 2. *ff. h.* WISS. *ad π. h.*

## DE FURIBUS BALNEARIIS.

L. 47. ff. t. 17.

IV. Ad Extraordinarii criminis reos referuntur etiam *fures balnearii*, qui in balneis veſtimenta lavantium ſurripiunt; quorum pœna pro circumſtantiis varia fuit. *l.* 1. *l.* 2.

*l.* 3.

*l.* 3. *ff. h.* ANT. MATTH. *de Crim. l.* 47. *t.* 11. *c.* 1. *n. Hodie* pari cum aliis furibus afficiuntur pœna ſecundum P.H.O. *a.* 159. 160. *docente* HAHN. ad WES. *h. t.*

## DE EFFRACTORIBUS ET EXPILATORIBUS.

### L. 47. ff. t. 18.

V. Effractores etiam, qui carceres, ædes &c. effringunt, *l.* 1. *pr.* & §. 2. *ff. h.* criminis extraordinarii fiunt rei, iidemque vel ſunt diurni vel nocturni. *l.* 2. *ff. h. Carceris effractio* vel fit ab incarcerato vel ab extraneo. *Si fit ab extraneo* per violentiam, is tanquam violator pacis publicæ vel gladio puniri, vel eadem, qua afficiendus fuiſſet carcere per effractionem liberatus, pœna plecti poteſt. *v.* L. R. *l.* 3. *a.* 9. CARPZ. *P. Crim.* P. 1. *q.* 35. *num.* 25. *id. P.* 4. *C. El.* 13. *d.* 8. *Si fit ab incarcerato* & is ob crimen capitale incarceratus eſt, capitalis pœna in effractorem ſtatui poteſt, alias vero arbitraria *v. l.* 1. *ff. h. l.* 4. *C. de Cuſtod. reor. Ord. Crim. art.* 180. CARPZ. *Pr. Crim. P.* 3. *q.* 111. *n.* 49. 95. ANT. MATTH. *de Cr. l* 47. *t. fin. c.* 4. *num.* 3. Quod ſi autem criminis capitalis *reus evaſit cuſtodum dolo*, in cuſtodes pœnæ ſimilitudo ſtatuitur, ſecundum *d. a.* 180. *d. l.* 4. ſi cuſtodum *culpa*, pœnæ arbitrariæ locus eſt. *d. art. d l.* 4. *Conf.* HAHN. ad WES. *h. t. num.* 1. LAUTERB. *Comp. Jur. h. l. h.*

VI. *Expilatores ſunt* fures atrociores, qui adeo furantur, ut ne quidem pilum relinquant *v. l.* 1. §. 1. *ff. h. Conf.* HILL. ad DON. *en. l.* 15. *c.* 19. *l.* 6.

## EXPILATÆ HEREDITATIS.

L. 47. ff. t. 19.

VII. Pariter *Expilatio hereditatis eſt* crimen extraordinarium, quo res hereditariæ nondum ab herede poſſeſſæ fraudulose contrectantur lucri gratia. Ex hoc crimine naſcitur accuſatio famoſa, *l.* 12. *C. Ex. quib. cauſ. infam.* quæ datur heredibus, *l.* 3. *C. h.* adverſus eos, qui hereditatem expilarunt, ad pœnam extraordinariam. *l.* 1. *ff. h.* Quæ monente CARPZOV. P. 2. *q.* 83. *n.* 82. inter conſanguineos &c. relegationem excedere non ſolet, inter extraneos ad fuſtigationem extendi poteſt, *v. l.* 1. §. 1. *ff. de Effract. l.* 3. *C. h.* Regulariter hæc accuſatio nec adverſus uxorem, *l.* 5. *ff. h. l.* 4. *C. h.* nec coheredes locum habet *v. l.* 51. *ff. pro ſocio conf.* ANT. MATTH. *d. Crim. l.* 47. *t.* 12. *n.* 3.

## DE FUGITIVIS.

L. 11. ff. t. 4.

IIX. Ceterum non aberrabimus a ſcopo, ſi hoc loco non nihil de Fugitivis, Aleatoribus, & Menſoribus falſum modum renunciantibus adjiciamus. *Fugitivus eſt*, qui eo animo

mo diſcedit, ne ad dominum redeat *l.* 225. *ff. de V. S.* quæ non redeundi intentio in errone deficit *l.* 17. §. 1. 14. *ff. de Ædil. Ed.* ſed in titulo de fugitivis fugitivi vocabulum etiam erronem complectitur. *l.* 1. §. 15. *ff. h.* Fugitivum celantes crimine furti ſe obſtringunt, *l.* 1. *ff. h. v. l.* 3. *C. h.* Sicuti autem in alienis prædiis requirere fugitivos ſcrutando cubilia &c. licuit olim auctoritate Magiſtratus *v. l.* 1. § 2. *l.* 3. *ff. h.* ita *hodie* fieri poteſt reorum rerumque furtivarum prævia cauſæ cognitione indiciisque ſufficientibus allegatis per alienas domos aut poſſeſſiones inquiſitio, vulgo die Haußſuchung. *v.* BOCER. *Dec.* 114.

## DE ALEATORIBUS.

### L. 11. ff. t. 5.

IX. *Aleatores dicuntur*, qui ludis fortunæ aut mixtis lucri intentione dediti ſunt. *v. l.* 2. §. 1. *l.* 3. *l.* 4. *ff. h. Ludus* deſcribitur ab HAHN. ad WES. *h. t.* quod ſit actus ad animi oblectationem pertinens, quo luditur in victoriam, ut vincenti cedat quod ejus cauſa depoſitum fuerit. Ludus *eſt vel artis*, in quo arte, *vel fortunæ*, in quo fortuna, *vel mixtus*, in quo & arte & fortuna victoria paratur. *Ludi artis permiſſi* ſunt, dummodo dolus abſit, & lucri cauſa non inſtituantur. *d. l.* 2. *l.* 1. *C. j. l.* 206.

*ff. de reg. jur. Ludi mixti & fortunæ ſunt prohibiti*, niſi recreationis gratia moderate citra rei familiaris jacturam ſuſcipiantur & omnis prohibitionis ratio ceſſet. *Pœna luſorum* eſt *arbitraria* de Jure Saxon. Elect. v. Policey-Ordn. IOH. GEORG. *II. t.* 8. §. *ſeqq.* CARPZOV. *Pr. Crim. P.* 3. *q.* 134. *n.* 29. *ſeqq.*

X. Ut ad Aleatores revertamur, eorum ſuſceptores verberati, defraudati, furto damnove affecti tempore luſus, nullam habent actionem *l.* 1. *pr.* & §. 3. *ff. h.* FRANZ. *C. ff. h. t. num.* 11. *vid. præiud. apud* HAHN. *n.* 3. *Luſores* vero *ad ludendum* vel ab initio *cogentes*, vel in luſu invitos retinentes aut mulcta multantur, aut in latumias vel vincula publica ducuntur, MAGNIF. AUCT. *S. J. C. Ex.* 15. *th.* 57. Ludo autem illicito perditi repetitio eſt, cui per quinquaginta annorum ſpatia demum præſcribitur. *l. f. C. h.* Quam repetitionem generali conſuetudine denegari putat GROENEW. *de LL. abrog. ad h. t. ff. n.* 2. *Conſ.* RAUCHB. *P.* 2. *q.* 25. *num.* 49. *j.* CARPZOV. *l.* 6. *Reſp.* 69. *n.* 16. item colluſori intuitu debiti per luſum talem contracti denegatur actio *l.* 1. *C. h.* L. R. *l.* 1. *a.* 6. CARPZOV. *P.* 2. *Crim. d. q. num.* 23. HAHN. ad WES. *h. t num.* 2. *Add. Juriſpr. l.* 3. *th.* 26. *a.* 6. De ſponſionibus. *l.* 3. *t.* 26. *a.* 3. *Olla fortunæ* (der Glücks-Topf) fraude omni remota licita eſt. *d. l.* 8. *ff. de Contrah. emt.* Jure Saxonico autem prohibita.

*d. t.*

*d.t.* 8. der Policey-Ordnung. §. dieweil auch, *j.* PUF. *ad. J. N. & G. l.* 5. *c.* 6. *§.* 7.

## SI MENSOR FALSUM MODUM DIXERIT.

### L. 11. ff. t. 6.

XI. *Adverſus menſores falſum modum dicentes Prætor actionem in factum propoſuit. l.* 1 *ff h.t.* quæ eſt perſonalis, ſubſidiaria, *l* 4 §. 2. 3. *ff h.* rei perſecutoria, perpetua, *l* 3 *ff. h* competens illis, quorum intereſt, falſum modum dolo aut lata culpa non eſſe renunciatum, *l.* 1 §. 1 *ff. h* eorumque heredibus, *l.* 3. §. 1. 5 *ff. h.* adverſus menſores agri, *l* 1 *§. f ff. h* frumenti, vini, *l.* 1. §. *f.* &c. qui per ſe aut per alios falſum modum renunciarunt, *l* 1 §. *f l.* 2. *ff h.* ad id, quod intereſt. *l* 5. *§.* 1. *ff h. l.* 3. §. 1. *ff. eod.* Hæc actio utiliter etiam adverſus eos, qui cum non ſint menſores, in modo tamen, æſtimatione aut computatione fefellerunt, obtinet *l.* 7. §. 2. *ſeqq. ff. h. t.* HAHN. ad WES. *h. t. n.* 4. FRANZ. C. *ff. h. t. n.* 10.

## TIT. VIII.

## AD SCTUM TURPILLIANUM ET DE ABOLITIONIBUS CRIMINUM.

De criminibus ſingulis ſpecialiter tractatum eſt hactenus, unde progrediendum eſt ad ea, quæ multis criminibus ſunt Communia.

I. Ubi

I. Ubi circa Accuſatores non ommittendum, quod temerariis Accuſatoribus infrequens non ſit *calumniari* i. e. falſa crimina dolo intendere. *Prævaricari* h. e. vera crimina per colluſionem cum reo abſcondere. *Tergiverſari* h. e. in univerſum ab accuſatione non impetrata abolitione deſiſtere *l.1.pr. & §. ſeq.ff.h.t.l.1.C h.t.* Calumniatorum *pœna J. Civili eſt talio l.10.C. deCalum.hodie* vero arbitraria MAGNIF. AUCT. *S.I.C.* Ex. 49. *th.* 85. De Prævaricatoribus in *Jurisprud. l.* 3. *T.*24. *a.*4.*n.*7.actum eſt. *Tergiverſatores pœna* quinque librarum auri manet. *l* 3. § *f. ff. de Prævaricat.* una cum remotione ab accuſandi poteſtate *l.2.ff.h.* Jur. Sax. *conf* L.R *l.*1.*art.*69.

II. *Abolitio eſt* neceſſitatis accuſationem peragendi remiſſio, *v.l.*12 *ff.h.* Hæc vel privata vel publica vel legalis eſt. *Privata* accuſatori poſtulanti a Judice ex juſta cauſa conceditur *l.*10.*ff.l.* 2. C. *d. Abol. Publica* ob cauſam publicam tribuitur: veluti re proſpere geſta. *l.*8 *l.*9.*ff h. Legalis* a lege dependet. *l.* 10 *ff.h.* Regulariter conceditur abolitio. Exceptiones *v. l. f.* C. *de Abolit.* in crimine læſæ Majeſtatis, peculatus &c.

De requirendis vel abſentibus damnandis. L.48. t.17.

III. Accuſatio ad præſentes criminum reos præcipue pertinet: abſentes enim requirendi ſunt, *l.* 6. C. *de Accuſat. l.* 5. *ff. de Pœn.* ne quis inaudita cauſa condemnetur. *l.* 1. *ff.h.* Publicis igitur edictis reus citatur, ut copiam ſui præſtet & a crimine ſe purget. *l.*1. §.1. *ff.*

*h.l.*

*b.l.*1. C. *b. t.* bona etiam reorum obſignantur & ſi intra annum non redierint ſeque purgaverint, poſt annum in fiſcum coguntur. *l. f. ff. b. t. Hodie bonorum annotatio* inſolens non eſt, ut vivendi mediis deſtitutus eo citius ſe ſiſtat, at publicatio bonorum & per Imperatorem *in Nov.* 134. *c. f.* & *Ord.Crim. a* 106. fere ſublata eſt. HAHN. ad WES. *b. t. n.* 5 CARPZ. *P.*4. C.48. *d.* 11. *v. Juriſpr. l.* 4. *T.* 21. *n.* 19. *ſeqq.* MULL. *de fuga th.* 33.

IV. *Quæſtio*, Germ. die peinliche oder ſcharffe Frage, *eſt* interrogatio legitima de Crimine per corporis tormenta ad eruendam veritatem a Judice inſtituta. *l.* 15. §. 41. *ff. de injur. l.* 12. C. *b.t.* A Quæſtione diverſa eſt *Territio*, quæ deſcribi poteſt, quod ſit carnificis de torquendo comminatio, eaque in verbalem & realem diſpeſcitur. *Verbalis* ſine apprehenſione, verbis geſtibusque carnificis ad torturam præparatoriis perficitur & proprie talis eſt. *Realis* vero præter minas carnificis apprehenſionem, & quale quale torturæ initium complectitur, diciturque vulgo das Vorſtellen mit den Daumſtöcken. CARPZ. *Pr. Crim. P.* 3. *q.* 117. *n.* 52. Hæc, quatenus realem corporis afflictionem continet, proxime ad torturam accedit; verbalis autem non tam torturæ, quam ad Torturam gradus eſt, uti loquitur ANT. MATTH *de Crim. l.* 48. *t.* 16. *c.* 2. *n.* 2. CARPZ. *Pr. Crim.* P. 3. *q.* 117. *n.* 52. & *q.* 119. *n.* 52. Territio adhibetur ob indiciorum De Quæſtionibus. L. 28. t. 18.

aut

aut delicti levitatem, vel Perſonæ qualitatem, quæ torturam non admittit. Exemplum de impubere. *v. l.* 1. §. 33 *ff. ad SCT. Silan. j. l.* 15. §. 41. *ff. de iniur. v.* CARPZOV. *q.* 117. *n.* 51. 53.

V. *Tortura* tribus diſcernitur *gradibus, primus eſt*, quando adhibitis funiculis cruciantur rei: *ſecundus*, quando ſcalæ ſubjiciuntur membraque expanduntur: *tertius*, cum præter expanſionem ſeverioribus tormentis rei affliguntur e. g. ſulphure aut igne corpori injecto. CARPZ. *c. l. n.* 60. *ſeqq.* ANT. MATTH. *c. l. n.* 2. HAHN. ad WES. *h. t. verb. varii.* cum autem de confeſſione, quæ per torturam extorqueri ſolet, actum ſit *Juriſpr. l.* 4. *th.* 21. *art.* 14. *ſeqq.* reliquum eſt, ut *torturæ requiſita, formam & reiterationem* paucis expendamus.

VI. *Requiritur* vero (1.) ut judex torturam decernens jure Civ. merum Imperium, jure Sax. Jurisdictionem ſuperiorem habeat. CARPZ. *c. l. n.* 19. (2.) ut delictum ſit capitale & atrox *l.* 8. *ff. h. Ord. Crim. art.* 8. ECK. *C. ff. h. t.* §. 5. (3.) ut veritas aliter haberi nequeat. *v. l.* 9. *ff. h. l.* 1 *pr. ff. eod.* CARPZ. *Pr. Crim. P.* 3. *q.* 119. *n.* 64. ANT. MATTH. *d. t.* 16. *c.* 3. *num.* 21. WIS. *ad.* π. *h. t. th.* 15. & de corpore delicti certo conſtet. *l.* 1. §. 24. *ff. ad SCT. Silan. Ord. Crim. art.* 20 CARPZ. *d. q. num.* 59. *ſeqq. it. p.* 4. *Conſt. El.* 3. *d.* 16. 17. (5.) ut reus tantis ſit oneratus indiciis, ut ſola confeſſio deeſſe videatur, *l.* 8. §. 1. *C. h. l.*

1. §.

1. §. 1. *ff. h. Eſt* autem *indicium* argumentum delicti perpetrati demonſtrativum ſive indicativum, idque in *commune & proprium* diſtinguitur, hoc ad certum crimen reſtringitur, illud ad quælibet delicta pertinet. Ita proprium homicidii indicium eſt, quando reus cum veſtimentis armisque ſanguineis in loco homicidii deprehenditur *v. Ord. Crim. a.* 33. de veneficii indicio *v. Ord. Crim. a.* 37. *&c.* HAHN. ad WES. *h. t. num* 7. *Commune* indicium *vel eſt veriſimile* ſeu probabile remotum, *vel certum* ſeu indubitatum propinquum, hoc, non illud, per ſe ad torturam eſt ſufficiens *Ord. Crim. a.* 27. HAHN. *c. l. v. plenius* CARPZOV. *Pr. crim. P.* 3. *q.* 120. 121. *&* LAUTERB *Comp. Jur h. t.* (6.) ut perſona ſit torqueri non prohibita *l.* 8. *pr. &* 1. *C. h. t.*

VII. *Torturæ* vero *non ſubjiciuntur* alii ob dignitatem, alii ob ætatem, alii ob invaletudinem. *Ob dignitatem* Principes, Duces, Comites, Barones, &c *l.* 11. *C. h t. l.* 10. *C. de dignit.* Milites & nobiles *v. l.* 8. *C. h. l.* 4. *C. de Leg Jul. Maj.* Doctores & Profeſſores *v. d. l.* 10. *l.* 14. *C. d. Advoc. div jud l* 6. *C. de Prof. & Med v alleg ap.* LAUTERB *Comp. Iur. h. t &* CARPZ *P.* 3 *q.* 118. *n* 2. *ſeqq. ob ætatem* impuberes, licet pubertati ſint proximi. *l.* 1. §. 33. *ff. ad SCT Silan.* ANT. MATTH. *de Crim. l.* 48. *tb.* 16. *c.* 2. *num.* 9. CARPZ. *c. l n.* 11. Senes ætate defecti. *l.* 3. §. 7. *ff. eod.* CARPZ. *c. l. num.* 38. *Ob invaletudinem mentis,* furioſi

furioſi & melancholici manifeſti *v. l.* 3. §. 11. *eod. j.* HAHN. ad WES. *de Pœn. num.* 20. *Corporis*, muti & ſurdi natura tales. *v. l.* 3. §. 8. 10. *ff. eod.* lethali morbo laborantes. *v. l.* 7. *ff. h. t. j. l.* 3. *ff. ad SCT. Sil. j. art.* 59. *Ord. Crim. id num.* 47. *ſeqq.* Mulieres prægnantes & puerperæ intra 40. dies, poſtquam editus eſt partus. *l.* 3. *ff. de Pœn. l.* 18. *ff. de ſtat. hom. j. l.* 7. *ff. h.* PHIL. *uſ. Pract. Inſt. l.* 1. *Ecl.* 36. CARPZOV. *c. l. n.* 51. *ſeqq.* An autem & quatenus terreri poſſint torqueri prohibiti, *v. ap.* ANT. MATTH. *c. l. n.* 13.

VIII. *Forma torturæ hæc eſt*, quod (1.) dies certus, regulariter non feriatus, *v. l.* 10. *C. de fer.* ad quæſtionem habendam præfigatur *v. Ord. Crim. art.* 45. eodemque (2.) tempore opportuno, alicubi nocturno, alicubi matutino, non ſtatim poſt prandium aut cœnam. *Matth. d. t.* 16. *cap.* 4. *n.* 9. (3.) torquendus ad ſpontaneam confeſſionem in præſentia Judicis cum Aſſeſſoribus duobus & Actuario, adhibitis etiam minis, commoneatur *Ord. Crim. a.* 46. (4.) inter plures delicti complices is, a quo facillime veritas cognoſci poſſe creditur, ordine torturæ præferatur, *l.* 1. §. 2. *ff. h.* ut timidior, vel qui teneræ ætatis eſt. *l.* 18. *ff. h.* & (5.) tormenta uſitata cum moderatæ rationis temperamento. *l.* 10. §. 3. *ff. h.* (Jur. Sax. ad præſcriptam a JCtis ſententiam,) ita applicantur, ut reus ſalvus ſit vel innocentiæ vel ſupplicio *l.* 7. *ff. h. j. Ord. C. a.* 58. deinde re-

miſſo

miſſo torturæ actu. *Ord.C. a.* 58. reus articulate & breviter annexa circumſtantiarum inquiſitione. *v. O.C.a.*48. examinatur, & tandem tota torturæ executio una cum rei confeſſione omnibusque circumſtantiis ab Actuario diligenter conſignatur. *Ord. Cr. a.* 47. CARPZOV. *P.* 3. *q.* 124. *per tot.*

IX. Denique ad *torturæ reiterationem* pergendum, quæ locum habet, quando nova emergunt indicia *l.* 18. §. 1. *ff. h.t.* ANTON. MATTH. *d. t. c.*4. §.14. & pro Judicis arbitrio fieri poteſt Jure Civ. *v. l.* 1. §.2. *ff. de Iur. delib. Iur. Saxon. Elect.* in criminibus atrociſſimis ultra tertiam, in reliquis delictis ultra ſecundam vicem tortura repeti non debet *per Conſt. El. Nov.* 9. CARPZ. *P.* 3. 125. *n.* 34. *ſeqq. n.* 50. *ſeqq.*

## TIT. IX.
## DE
## POENIS.
### L. 48. ff. t. 19.

I. Variis criminibus etiam communes ſunt pœnæ. *Pœna* eſt delicti ſive criminis debita coërcitio: dividitur in civilem & criminalem. *Civilis* intereſſe privatum ſpectat & actori applicatur. *Criminalis* intereſſe publicum reſpicit & fiſco cedit. *v. l.* 12. *ff. de V. S. l.* 9. §. 5. *ff. de Publ. & vect. l.*4. *ff. de publ. jud.* §. 10. *I.*

*de Iniur. v.* BARTHOL. *in l. 2. ff. de Iud.* CARPZ. P. 3. *q.* 102. *n.* 27. 28. Criminalis pœna vel capitalis eſt vel non capitalis. *Capitalis* caput rei adimit *vel naturaliter*, adimendo vitam, ut per capitis amputationem, *l.* 28. *ff. eod.* ſubmerſionem in aquis. *l. 9. ff. ad L. Pomp. de parr. vel civiliter* libertatem aut civitatem: ut per deportationem in inſulam, damnationem in metallum *dd ll.* in cujus locum damnationem ad triremes ſucceſſiſſe putat CARPZ. *Pr. Cr.* P. 3. *q.* 129. *num.* 8. & objectionem beſtiis factam. *l.* 11. §. *f. ff. h. Non capitalis* pœna *eſt*, quæ caput rei non adimit, ſive qua quis, ſalva vita, libertate & civitate coërcetur, ut Relegatio, *l.* 14. §. 1. *ff. de interd. & releg.* damnum pecuniarium cum infamia. *l.* 8. *ff. h. v. plur.* ANT. MATTH. *de Cr. l.* 48. *t.* 18. *c.* 1. *n. 9. & præc.*

II. Præterea *pœna eſt* Ordinaria vel Extraordinaria. *Ordinaria* dicitur, quæ lege publica ſpecialiter definita eſt. *l.* 1. §. 1. *ff. de Effract. j l. 15 ff. ad Munic. Extraordinaria*, quæ lege determinata non eſt, ſed judicis arbitrio relicta *d. l.* 11. *ff. h. l.* 4. §. 1. *ff. incend. ruin. naufrag. Infligenda* vero eſt pœna *delicto proportionata*, delictumque ipſum, ſive facto, ſive dicto, ſive ſcripto, ſive conſilio ſit peccatum, conſideratis circumſtantiis cauſæ, perſonæ, loci, temporis, qualitatis, quantitatis & eventus, æſtimandum eſt *l.* 16. *pr. & §.* 1. *ff. h. t. conf.* ANT. MATTH. *c. l. c.* 4. MAGN. AVT. *S. J.*

C.

C. Ex. 1. Tb. 31. CARPZ. Pr. Cr. P. 3. q. 142. ſeqq. *Non* etiam *probibita* pœna in delinquentes ſtatuenda eſt, quo refertur præcipitatio de ſaxo. *l.* 25. §. 1. *ff. b. &c. & carcer perpetuus*, *l. 6. C. b. j.* MATTH. *c. l. c.* 1. *n.* 3. 13. BACH. *v.* 2. *D.* 31. *tb.* 4. *l. d.* Jure Canon. permiſſus. *c.* 3. *d. pœn. 6.* Hic *moribus* regulariter locum non habet, niſi lege vel ſtatuto talis pœna ſtatuta ſit. *v. Conſt. Nov. Elect.* 8. *teſte* CARPZ. P. 3. *q.* 111. *n.* 57. *ſeqq.* Cæterum carceris *temporalis* pœna nec *Ord. Crim. a.* 157. nec Iur. Canonico *d. c.* 3. nec uſu, præcipue in arbitrariis, improbatur. CARPZOV. *c. l. num. 64.* *Conf.* HAHN. ad WES. *b. t. num.* 4. In Electoratu Sax. autem Judex inferior nec carceris pœnam ultra octiduum, nec mulctam pecuniariam tribus vel quatuor Sexagenis novis majorem dictare poteſt. CARPZ. P. 3. *q.* 109. *n.* 63. &. P. 2. *q.* 70. *n.* 49.

III. *Moribus* præcipue *Saxonicis pœnæ* aliæ ſunt criminales, aliæ civiles; illæ Peinliche, hæ Bürgerliche Straffen appellantur. *Criminales ſunt*, quæ corpus affligunt, & cum vitam hominis adimunt, *capitales*, cum non adimunt vitam, ſed corpus directo affligunt, *non Capitales* nominantur. *Civiles pœnæ ſunt*, quibus directo corpus non affligitur. *Ad pœnas criminales capitales refertur* capitis amputatio, Suſpendium, Rota, Suffocatio in aquis, Combuſtio & diſſectio in quatuor partes. *Ad pœnas criminales non capitales* Fuſtigatio, Abſciſſio

 duorum

duorum digitorum, Manus amputatio, Membrorum extenſio ſeu Tratto di Corda, Damnatio ad triremes, metallum vel opus publicum. *Ad pœnas civiles* mulcta pecuniaria, Geld-Buſſe, Carcer & Relegatio. De quibus omnibus accurate tractavit CARPZ. *Pr.* C. *P.* 3. *q.* 128. 129. 130 *brev.* HAHN. ad WES. *h. t. n.* 2.

IV. *Irroganda eſt pœna ipſis delinquentibus l.* 22. C. *d. Pœn.* non liberis *l.* 26. *ff. h.* nec heredibus *l.* 20. *ff. eod.* niſi vel lis ſit conteſtata & condemnatio ſecuta, qua bonorum ademtio dictata ſit, *l.* 20. *ff. de Accuſat.* vel criminis ea ſit atrocitas, ut pœna ad liberos extendatur. *l.* 5. §. 1. C. *ad L. Iul Maj. d. l.* 20. Nec brutis, licet ea, ne indignam refricent facti memoriam, nonnunquam tolli ſoleant. *c.* 4. *XV. q.* 1. PETR. THEOD. *Coll. Crim. Diſp.* 10. *th.* 3. *l. h.* 1. CARPZ. *Pr. Cr. q.* 131. *n.* 2. *ſeqq.*

V. *Finis* pœnarum *eſt*, ut ſollicita Juſtitiæ adminiſtratione Numinis divini indignatio evitetur, *v. c.* 32. *XXIII. q.* 5. delinquentes libidine peccandi extincta emendentur, *l.* 20. *ff. h.* alii exemplo deterreantur, *l.* 6. §. 1. *ff. h.* & boni ſua ſecuritate fruantur. *c.* 18. *XXIII. q.* 5. quod optime apud *Senecam de Clem. l.* 1. *c.* 22. his verbis traditum legimus: *In vindicandis injuriis hæc tria lex ſecuta eſt, quæ Princeps quoque ſequi debet, aut ut eum, quem punit, emendet, aut ut pœna ejus cæteros meliores reddat, aut ut ſublatis malis ſecuriores cæteri vivant.*

VI.

VI. *Extinguitur pœna* defunċto eo, qui criminis reus fuit, *l. 6. ff. de Publ. jud.* nec in cadaver, niſi in quibusdam atrociſſimis criminibus, animadvertitur. *v l. 28. §. 15. ff. de Pœn.* CARPZ. *d. l. n. 44. ſeqq.* De præſcriptione *v. Jurispr. l. 3. t. 28. n. 4.*

VII. *Damnatorum bona olim confiſcabantur* lata ſententia condemnatoria in crimine capitali, *l. 1. ff. h.* quæ confiſcatio tamen ad bona propria pertinebat, quæ ad heredem extraneum tranſire poterant, non ad feudalia, nec fideicommiſſo ſubjecta ſecundum HAHN. ad WES. *h. t. verb. item. Conf. tamen* MATTH. *d. Crim. l. 48. t. 18. c. 2.* De bonis damnatorum. L. 48. ff. t. 20.

IIX. *Jure Novellarum* aſcendentes & deſcendentes usque ad tertium gradum excludebant fiſcum. *N. 134. c. f.* Excepto Majeſtatis crimine, quod in Authentica *Bona damnatorum* Irnerius non jure ad collaterales extendit. *d. Auth. de Bon. Damn. C. de Bon. proſcr. per Ord. Crim. a. 218.* vero, ſi crimen læſæ Majeſtatis excipias *hæc confiſcatio abrogata eſſe videtur.* CARPZ. *P. 3. q. 135. n. 9. ſeqq.* HAHN. ad WES. *h. t. Verb. Exceptio. Diſſ.* LAUTERB. *Comp. Jur. h. t. f.*

IX. *Eorum* quoque *bona fiſco cedebant, qui conſcientia delati* admiſſique *criminis* metuque futuræ ſententiæ, non tædio vitæ aut furore &c. *mortem ſibi conſciverant. l. 1. C. h. l. 2. C. eod.* ubi in dubio heredibus relinquebatur poteſtas defunċtorum innocentiam oſten- De bonis eor. qui ante ſent. vel mortem ſibi conſciv. vel accuſ. corruperunt. L. 48. t. 21.

ſtendendi *l. f. §. f. ff. h.* Quæ confiſcatio *hodie* non niſi in reo Criminis læſæ Majeſtatis obtinet. *v. Ord. Crim. a.* 135. & 218. *quod teſtatur præjudicium* MAGN. STRUV. ad ANT. MATTH. *de ſucceſſ. c.* 19. *a.* 71. HAHN. ad WES. *t. Ad. L. Corn. num.* 7. *verb. An vero.* De eo, qui accuſatorem in crimine non capitali corrupit, *v. l.* 1. *ff. h.*

De interdict. & relegat. & deportatis L. 48. ff. t. 22.

X. Hactenus de pœnis in genere dictum, jam ad certas pœnarum ſpecies, utpote Interdictionem, relegationem & deportationem perveniendum eſt. *Interdicti ſunt*, quibus certo loco, advocatione, ordine aut ſimili quodam jure interdictum eſt. *l.* 7. §. 10. 19. 20. *l.* 9 *ff h l.* 9 *ff. de Pœn. Relegatus eſt*, qui certo loco incluſus vel excluſus eſt ſalvo civitatis jure. *l* 4. *l.* 5. *l.* 7 *ff. h. Relegatio fit vel ad tempus, vel in perpetuum*, huic, non illi, quandoque partis bonorum publicatio adhæret *d. l.* 4. ANT. MATTH. *de Crim. l.* 48. *t.* 18 *n.* 1. *n.* 10. *Hodie* relegatio vel in perpetuum fit, die ewige Verweiſung, vel ad certum tempus, die zeitliche Verweiſung, vel, memorante HAHNIO, revocabiliter, auf künftige Erlaſſung, quæ poſtrema relegatio arbitrio Magiſtratus revocari poteſt. Indefinite concepta relegatio, daß N. des Landes zu verweiſen ſey perpetuam relegationem denotat. *v l.* 10. *de Pœn.* HAHN. ad WESENB. *t. de Pœn. num.* 7. CARPZ. *Pr. Cr. P.* 3. *q.* 130. *num.* 170. *ſeqq. I. Civ.* e certo Provinciæ loco relegatus non cenſetur a tota provin-

vincia excluſus *l.7.* §.15. *ff.h.t. Iure Sax.* creditur e tota provincia relegatus per *P.* 4. C. *El.* 47. *ubi* CARPZOV. *d.* 1. & ſi relegatio a ſuperiore facta eſt, etiam ad ſubfeuda extenditur. CARPZOV. *Deciſ. Elect.* 98. Cæterum relegatio nec matrimonii vinculum ſolvit, *v. l.* 22. *§.* 7. *ff. ſolut. matr.* CARPZ. *ad.d.C.d.*7. nec bona, civitatem, famamve (niſi ob delictum famoſum facta eſt *v. l.* 22. *ff. de his, qui not. inf.*) tollit, *id. d.* 9. 12. HAHN. ad WES. *h. t. num.* 4. adeo, ut relegatus alibi ad honores admitti poſſit *d.* 11. Affinis relegationi eſt *impoſitio venditionis ac migrationis ex certo aliquo pago*, cujus mentionem facit Elector Sax. P. 2, C. 8. CARPZOV. *Pr. Cr. P.* 3. *q.* 130. *n.* 55. *Deportatus eſt*, qui in certum locum delatus eſt, ut in eo amiſſa civitate perpetuo commoretur. *l.* 6. *l.* 15. *ff. h. l.* 17. §. 1. *ff. de Pœn. v.* VINN. *ad* §. 2. *I. de Capit. dem.* Deportatio ab uſu receſſit. CARPZOV. *d. q. num.* 14. *v. Juriſpr. l.* 1. *t.* 14. *a.* 4.

## DE
## SENTENTIAM PASSIS ET RESTITUTIS.
### L. 48. ff. t. 24.

XI. Qui ſententiam condemnatoriam paſſi ſunt, *reſtitui queunt via vel Juſtitiæ*, probata ſcil innocentia *l.* 1. §. *f. ff. d. quæſt.* vel *Gratiæ*, Principis clementia. *Reſtitutio, quæ fit per gratiam,*

*tiam*, olim a Principe ſummo fiebat *l.* 10. *C. h. l.* 1. §. 27. *ff. de quæſt. hodie* fit etiam a Statu Imperii vi Superioritatis Territorialis ECK. *C. ff. h. t. n.* 3. *j. Juriſpr. l.* 3. *t.* 29. *n.* 1. *ſeqq.* & dividitur in *Generalem & Specialem. Generalis eſt*, quæ reditum impunitatemque tribuit. *l.* 2. *l.* 7. *C. h. Specialis*, quæ ſtatum priſtinum plenarie reddit. *l.* 4. *C. h.* non tamen ea fructus aliis quæſiti videntur comprehendi ANT. MATTH. *d. l. th.* 19. *c.* 5. *n.* 8. *ſeqq.*

De Cadaveribus punitorum L. 48. ff. t. 24.

XII. Tandem corpora punitorum petentibus præcipue agnatis ad ſepulturam dantur, *l.* 1. *l.* 3. *ff. h. v. a.* 6. *h. t. Hodie* etiam ad Anatomiam pro perſonæ qualitate conceduntur, CARPZOV. *P.* 3. *q.* 137. *n.* 72. præcipue, cum apud nos Anatomia humani corporis ad minimum ſemel annuatim ſuſcipienda Profeſſori Anatom. ſit injuncta in Verordnung bey der Univerſitäten t. Von der Facultät in der Artzney §. Sonderlich aber.

LIB.

# LIB. IV.

## TIT. I.
## DE
## POSTULANDO.

L. 3. ff. t. 1.

I. Poſt jura perſonarum rerumque expoſita tranſitus fit ad Proceſſum Judicialem, ubi circa perſonas judicium conſtituentes actor reusve, per ſe vel per alium poſtulans, omittendus non eſt. *Dicitur* autem *poſtulare*, qui deſiderium ſuum vel amici ſui in jure apud eum, qui Jurisdictioni præeſt, exponit, vel alterius deſiderio contradicit. *l.* 1. §. 2. *ff. h.* Pro ſe poſtulare poteſt quilibet non prohibitus, *v. l.* 43. §. 1. *ff. de procur.* nec Advocatum adhibere tenetur, qui ad cauſam ſuam agendam inhabilis non eſt. *pr. l. de iis, per quos ag.* quod in cauſis ſummariis apud nos uſu frequentiſſimum, licet pro circumſtantiarum qualitate & legum diverſitate, non eandem totius Germaniæ eſſe conſuetudinem, credam. *vid.* GROENEW. *ad l.* 26. *C. de Procur.* Nonnullibi, ut in Sabaudia, ne quidem ſummi nominis JCto propriæ cauſæ defenſio committitur. FAB. *ad l.* 1. *ff. h. t.* & HILL. ad DON. *l.* 18. *c.* 3. *lit. i. Prohibetur* autem Jure Sax. non Civili, *l.* 1. §. 5. *ff. h. pro ſe poſtulare* fœmina, quæ perſonam legiti-

mam ſtandi in judicio deficiente curatore non habet, *v. P.* 2. *C. El.* 15. HAHN. ad WES. *h. t. num.* 4. ſive rea ſive actrix, ſive virgo ſive vidua ſit, CARPZ. *Proc. T.* 5. *a.* 3. *n.*48. 52. quod in fœminis illuſtribus ID. *P.* 2. *C.* 15. *d.* 9. *ex Proc. n.* 61. teſtamenta condentibus, cauſas matrimoniales tractantibus & criminis publici accuſatis fallit, ID. *d. t. Proc. n.*75 *ſeqq. j.* BERL. *P.* 1. *Concl.* 15. (2.) Minor 17. annis *l.* 1. §. 3. *ff. h. j. l.* 7. *ff. eod. v.* PHILIP. *ad O.P.S. T.* 3. *Conſ.* 2. (3.) *Surdus. d. l.* 1. §. 3.

II. Pro aliis poſtulantes Advocati appellantur. *Sunt* autem *Advocati*, qui partibus litigantibus cauſas perite defendendo aſſiſtunt, *l.* 11. §. 1. *C. de Advoc. div. iudiciorum. l.* 14. *C. eod. v.* BERL. P. 1. *Concl.* 9. *n.* 1. *ſeqq.* & cum cauſas privatorum tractant, privati, cum fiscales ſeu publicas, Advocati fiſci nominantur *v. l.* 2. *l* 3. *C. de Adv. fiſci* Porro *in Ordinarios & Supernumerarios* ſ. Extraordinarios *dividuntur*, quorum illi publica auctoritate in matriculam Advocatorum relati *l.* 13. *C. de Adv. div. iudicior* hi relati non ſunt. Ita *in Curia* Provin*ciali Lipſienſi* Advocatis ordinariis jus excludendi alios ab hoc munere datum eſt, utpote qui etiam juramento ad officium illud devincti ſunt CARPZ. Proc. *t.* 5. *art.* 1. *n.* 35. 40 *ſeq.*

III. *Arcentur* vero *ab advocati munere* alii Prætoris Edicto, alii Lege, alii ſententia Judicis. *Edicto Prætoris* mulieres *l.* 1. §. 5. *ff. h.* Cœci *d.* §. & infames ſub diſtinctione *d. l.* 1.

§. 6.

§. 6. 8 11. hodie removentur indiſtinctè ſecundum Jus Canon. *c.* 1. *III. qu.* 7. CARPZOV. *d. t. n.* 26. PHIL. *ad O.P.S.T.* 3. *Conſ.* 3. *n.* 2. *Lege & ſimpliciter* (1.) Hæretici *l. f.* C. *h.* (2.) Juris imperiti *l.* 11. §. 1. C. *de Adv. div. iudicior.* hinc ſuam peritiam probare tenentur *T.* 3. *O. P.S.* §. beſonders *Conſ.* BERL. *P.* 1. *Concl.* 9. *num.* 54. *ſeqq.* (3.) de quota litis cum cliente paciſcentes *l.* 5. C. *h.* (4) Milites §. *f. I. de Except. j. l.* 31. *C. locat. In certis cauſis* vero patrocinium præſtare prohibentur (1.) Judices & arbitri in cauſis, quas judicant. *l* 6. *pr. & §.* 6. *C. de poſtul.* FRANZ. *l.* 2. *R.* 15. (2.) Aſſeſſores in ſuo auditorio *l.* 5. *ff. de Off. aſſ.* quod correctum eſſe putat per *l f. C. eod.* WISS. *ad π.* P. 1. *D.* 5. *th.* 23. FRANZ. *c. l. num.* 1. *v. Ord. Cam. P.* 1. *t.* 6. *& t.* 19. §. nachdem (2.) Vaſalli in cauſa civili graviore, ut famoſa adverſus Dominum feudi II. *f.* 33. §. 2. BACH. *v.* 1. *D.* 8. *th.* 2. *l.* 9. *j.* MAGN. STRUV. *S.I F. c.* 11. *a.* 3. *n.* 3. (4.) Clerici beneficiati apud judicem ſecularem *v. c.* 1. *& f. X h. t. j* ZIEGL. *ad Inſt.* LANC. *l.* 3. *t.* 1. §. 12. *verb. qui Sententia iudicis* advocationem apud certum judicem præſtare ſpecialiter prohibiti, *l* 6. §. 1. *ff. h. j. l.* 9. *ff. de pœn.* quæ prohibitio nec ad ſucceſſorem in magiſtratu, *d. l.* nec ad conſilium extrajudiciale dantem extendenda eſt *v. l.* 1. *§.* 2. *ff. h. l.* 1. *§.* 11. *ff. de Extraord. cog.* HAHN. ad WES. *h. t. n* 5.

IV. *Advocati regulariter a partibus* litigantibus *eliguntur*, *l.* 2. *C. h. t. nonnunquam* vero *a Judice* ex officio etiam inviti *dantur*, *l.* 7. *C. h. l.* 2. *ff. de R. J.* præcipue ſi litigans ob paupertatem Patronum invenire nequeat, *v. l.* 9. §. 5. *de Off. Proconſ.* quo caſu plerumque præſtito a cliente, paupertatis Juramento. *v. O. P. S. T.* 1. §. würde. Salarium Advocatis e Fiſco ſolvitur, quod, ſi victores exiſtant, reſtituere ſolent. HAHN. ad WES. *h. t. n.* 3. nonnullibi autem habentur certi Pauperum Advocati CARPZ. *P.* 1. *C.* 1. *d.* 25 *j.* GAIL. *l.* 1. *Obſ.* 43. *n.* 11. Atque ita ex officio a Magiſtratu partibus non tantum in cauſis civilibus ſed etiam criminalibus adjungi poſſunt & aliquando debent. *v Ord. Cr. a.* 88. *j.* CARPZ. *Pr. Cr P.* 3. *q.* 115. *n.* 91 *ſeq.*

V. *Advocati officium* eſt, ut (1.) Cauſas, de quarum injuſtitia conſtat, repudiet, *l.* 14. § 1. *C. d. Iud* illicitum tamen non erit eum defendere, qui in poſſeſſorio bonam fovet cauſam, malam in petitorio, quamdiu de petitorio non controvertitur ſecundum HAHN. ad WES. *h. t. n.* 6. (2.) Cauſas ſuſceptas ſine conviciis & fraudibus ea, qua decet, brevitate, fidelitate, diligentia & conſtantia tractet. *l.* 6. §. 1. *C. h. t. d. l.* 14. *l.* 13. § 9. *C. de Iud O. P. S. T.* 3. *pr.* Torgſ. Ausſchreib *de Anno* 1583 *tit.* von Advocaten und *Procurat.* LAUTERB. *Comp. Iur. h. t.* HAHN. ad WES. *num.* 6. *v.* CARPZ. *P.* 1. *C. d.* 18. 19.

VI.

VI. Pro tam fideli *opera ſolvitur Advocato honorarium*, quod *eſt* laboris adhibiti æqua remuneratio, & ſecundum Jus Civile 100. aureorum ſummam excedere non debet, *l.* 1. §. 12. *ff. de extraord. cogn.* quod a moribus noſtris alienum eſſe, cum pro fori cujuslibet conſuetudine honoraria taxentur, aſſerit GROENEW. *de ll. abrog. ad d. §. &* DION. GOTHOFR. *eod. Conſ.* FINCKELTH. *Obſ.* 98. *it.* BERL. *P.* 1. *Concl.* 9. *n.* 70. *ſeqq.* WISS. *ad π. t. de Extraord. cogn. th.* 12. *Quodſi promiſſum eſt ſalarium annuum, & Advocatus* intra annum vel *moritur*, vel lis tranſactione ſimilive via finitur, integri anni ſalarium nihilominus advocato debetur, *l.* 38. §. 1. *ff loc.* 1. § 13 *ff. de Extraord. cogn. l. f. C. de Cond. ob cauſ. dat.* eidemque ſolutum repeti nequit *dictis ll.* CARPZ. *P.* I. *C.* 1. *d.* 34. *Salarium petit advocatus* vel actione ex ſtipulatu, vel implorato judicis officio. *v. l.* 4. *C. de Cond. ob cauſ. dat. l.* 1. §. 10. 12. *ff. de extraord. cogn. v.* WISS. *ad l.* 34. *ff. de V. S. th.* 1. GAIL. *l.* 1. *obſ.* 44. *num.* 2. Sed ab hoc honorario quam maxime differt *palmarium*, hoc enim donum vel munus *eſt*, quod Advocatis a Clientibus ſuis victoriæ cauſa extraordinaria conſuetudine & liberalitate exhibetur; v. LAUTERB. *V.* 1, *D.* 21. *de Palm, Advoc. c.* 2. *th.* 4.

TIT.

## *TIT. II.*

## DE

## PROCURATORIBUS ET DEFENSORIBUS.

L. 3. ff. t. 3.

I. Principalium in judicio perſonarum, ut actoris & rei, nomine comparet etiam Procurator aut Defenſor. *Procurator* eſt, qui aliena negotia mandato domini adminiſtrat. *l.* 1. *ff. de Procur.* quod mandatum in advocato non requiritur. *v. plur.* ECK. *t. de poſtul.* §. 1. CARPZOV. *Pr. T.* 5. *a.* 1. *num.* 8. 9. Eſt vero Procurator (1.) alius *Judicialis,* qui ad agendum aut defendendum, alius *extraiudicialis,* qui ad negotia adminiſtranda conſtituitur, *v. l.* 43. *ff. h. t.* Priorem hic præcipue conſideramus (2.) alius *Principalis* alius *ſubſtitutus*, Ein Affter-Anwald, quæ *ſubſtituendi poteſtas* Procuratori, cui ſpecialiter conceſſa non eſt, *obſervantia fori Saxon.* denegatur. *v.* CARPZ. *Pr. t.* 5. *art.* 5. *num.* 6. Licet Iure Civili poſt litem conteſtatam Procurator libere ſubſtituere poſſit. *l.* 8. C. *de Procur.* *v. l.* 22. C. *eod.* quod in dubio obſervandum eſt, quoties contraria obſervantia oſtendi nequit. *v. l.* 27. *de Teſtam. vid. plur.* LAUT. *V. I. D.* 23.

De

*De Procur. ſubſt.* C. 3. §. 10. at Procurator ſubſtitutus alium ſubſtituere nequit, niſi ſubſtituendi facultas ipſi expreſſe tributa ſit. CARPZOV. *d. T. num.* 9. *ſeqq. in Dec. Ill.* 297. (3.) Alius eſt *ſpecialis*, qui ad unam rem, alius *generalis*, qui ad omnes res datus eſt *l.* 1. §. 1. *ff. h. t.* (4.) Alius eſt Procurator *cum libera* (ſcil. poteſtate) alius *ſine libera*: ille eſt, cujus conſtitutioni clauſula cum libera vel formaliter vel virtualiter inſerta eſt, *c.* 9 *X. c.* 4. *de Proc.* 6. hic, cujus conſtitutioni non inſerta eſt. Hic reſtrictiorem, ille liberiorem poteſtatem habet, e. g. tranſigendi, paciſcendi &c. *v.* CARPZOV. *Proc. T.* 5. *art.* 1. *num.* 11. non tamen habilis eſt ad expedienda ea, quæ mandatum ſpeciale requirunt. CARPZ. *Dec. Ill.* 20. *n.* 10. Denique (5.) alius eſt Procurator *in rem* (ſ. utilitatem) *alienam*, alius *in rem ſuam*, qui *deſcribi poteſt*, quod ſit perſona, quæ actiones alienas ex juſto titulo a domino ſibi mandatas in judicium deducit, & in utilitatem ſuam adminiſtrat, *l.* 4. *l.* 9. C. *l.* 25. *ff. h t. l.* 13. §. 1. *ff. de Pact.* LAUTERB. *V.* 2. *D.* 12 *De Proc. in rem ſu. th.* 6 *j* BACH. ad TREUTL. *V.* 1. *D.* 9. *th.* 1. *l. a. verb Unde.* FRANZ. *C ff h t. n.* 43. (6.) alius eſt *verus*, alius *quaſi procurator*, ille verum, hic præſumtum habet domini mandatum, & præſtita cautione rati admittitur, niſi de contraria ipſius voluntate conſtet. *l.* 40. §. *f. ff. h. t. l.* 21. *C. h. t.* O. P. S. *t.* 7. §.

wir

wir laſſen. LAVTERB. *V.2.D. 5. de Caut. rata coniunct. th. 6.*

II. *Nituntur* autem *præſumto Domini Mandato* (1.) *Parentes & liberi*, quod de his, qui ſunt maſculini, non fœminini ſexus, intelligendum. *v. l.35. ff. h. t. j. l. 1. §. 5. de poſt.* at ſine diſtinctione, utrum ſint in poteſtate nec ne, utrum primi an ulterioris gradus *d. l.35. j. l. 220. l. 51. ff. de V. S.* in infinitum LAVTERB. *d. Diſp. th. 6.7.10.* PHILIP. *ad O.P. S. Conſ. 4. ubi prai. de fœminis num. 8.* (2.) *Collaterales* usque ad gradum ſecundum incluſive *I. Civ. d. l.35. I. Sax.* usque ad gradum tertium incluſive *d. O. P. §.* wir laſſen PHIL. *c. l.* Hic autem fratres cognatione, non conventione, (Dutz=Brüder,) religione, affectu &c. tales intelligendi ſunt. BERL. *P.1. Concluſ. 24. num. 40. ſeqq.* LAVTERB. *c. l. th. 11.* CARPZOV. *Proc. T.5. art.6. num.25. ſeqq.* (3.) *Affines J. Civili* in linea recta & obliqua usque ad ſecundum gradum *d. l. 35.* durante, non diſſoluta affinitate. *v. l. 3. §. 1. ff. de Poſtul.* BERL. *P. 1. concl. 14. num. 51.* LAVTERB. *c. l. th. 17. Diff.* CARPZOV. *Proc. t. 5. art. 6. num. 46. I. Sax.* tantum Socer pro Genero & Gener pro Socero *d. §.* Wir. (4.) *Maritus* pro uxore in receptitiis bonis, *l.21. C. h. t.* GAIL. *l. 1. Obſ. 133. n.7. Iur. Sax.* etiam in bonis dotalibus & paraphernalibus per *P. 2. C. El. 15. T.8. O.P.S. §.* dieſe aber. LAVTERB. *c. l. th.*

15.

15. CARPZOV. *Pr. d. t. num.* 34. (5.) *Conſortes ejusdem litis Jure Civ.* lite conteſtata. *l.* 2. *C. de Conſort. ejuſd. litis. v. latiſſ.* LAUTERB. *c. l. th.* 29. *ſeqq. Jus Sax.* generaliter loquitur. *d.* §. *O. P. S. v.* CARPZOV. *d. t. num.* 51. ID. *P.* 1. C. 1. *d.* 29. *n.* 5.

III. *Verus Procurator mandato* vero *conſtituitur. l.* 1. *ff. h.* quo deſtitutus ad judicium ne quidem cum cautione rati admittitur, CARPZ. *P.* 1. *C.* 1. *d.* 26. FRANZ. *C. ff. h. t. n.* 25. imo prima vice 5. ſecunda 10. thalerorum pœna afficitur ſecundum *O. P. S. th.* 6. *pr.* PHIL. *ad d. T. Conſid.* 1. qua cautione reali *v.* CARPZOV. *Proc. T.* 5. *a.* 6. *num.* 1. adjuvatur, qui mutilum producit mandatum, *a. l.* 1. *C. h. t. j. l.* 40. §. *f. ff. h. O. P. S. T. t.* 7. §. da auch etwan ꝛc. niſi cauſa mandatum ſpeciale deſideret. PHIL. *ad d. T. O. P. Conſid.* 3. CARPZ. *Proc. t.* 5. *a.* 6. *n. f.* & 7. Quod Iuri Civ. non convenit. *l.* 26. *ff. de minor.* LAUTERB. *Comp. Iur. h. t. l. c.* Quando autem ſine mandato admiſſus eſt Procurator & dominus geſta ab eodem re integra ratihabet, ea ratihabitio mandato æquipollet & retrotrahitur, *a. l. f. C. ad SCt Maced.* ſi re non amplius integra, ratihabitio in ratihabentis, non tertii præjudicium valet. *v. l.* 3. §. 1. *ff. rem rat. hab. v. O. P. S. th.* 7. §. trüge. FRANZ. *C. ff. h t. num.* 28. CARPZOV. *Proc. t.* 17. *a.* 2. *num.* 19. 22. BERL. *P.* 1. *Concl.* 14. *n.* 134.

IV. *Mandatum procuratorium ſecundum fori* cujuslibet *uſum formandum eſt. v. l.* 24. *ff. Ad municipal.* Generaliter vero complecti debet, Quis, Quem, in qua cauſa, contra quem, coram quo Judice conſtituat, BERL. *P.* 1. *Concl.* 14. *n.* 70. quo anno & die, *a. c. f. X. h. t.* WESENB. *C. ff. h. t. num.* 7. Cautio rati non *Iur. Civ. v. l.* 6. *ff. de Cond. ind.* FRANZ. *C. ff. h. t. n.* 24. HAHN. ad WES. *h. t. num.* 6. ſed nonnullorum locorum obſervantia requiritur. *v.* CARPZ. P. 1. *C.* 1. *d.* 27. ſubſcriptio una cum ſigilli appoſitione Iur. Sax. *O. P. S. t.* 7. §. die *Mandata &c.* neceſſaria eſt. *v. tamen* PHIL. *ad d. T. Conſ.* 6. non Jure Civili *v.* CARPZOV. *c. l.* BERL. *P.* 1. *Concl.* 14. *num.* 74. *ſeqq.* HAHN. ad WES. *h. t. n.* 7. *v. Et aliquando ſigillo. Modum conſtituendi procuratorem* ponderantes alium deprehendimus *extrajudicialem* quando procurator coram Notario & teſtibus vel literis privatis conſtituitur, alium *iudicialem*, quando dominus apud acta procuratorem conſtituit illiusque geſta ſe ratihabiturum promittit CARPZ. *Pr. T.* 5. *a.* 1. *n.* 115.

V. Mandatum Procuratorium Generale nullius eſt utilitatis ubi ſpeciale deſideratur: appellatur autem *mandatum ſpeciale*, in quo articuli alicujus verbis expreſſis fit mentio ſpecialis e. g. concedo poteſtatem Inſtrumenta recognoſcendi, in integrum reſtitutionem pe-

petendi &c. *Requiritur ſpeciale mandatum* in actibus maximi præjudicii *v. l.* 25. §. 5. *ff. de acq. vel. om her.* ut in renuntiatione litis, recognitione Inſtrumentorum, cautione rati, CARPZ. *Proc. T.* 5. *art.* 2. in reſtitutione in integrum minoris *v. l.* 25. §. 1. *ff. de minor.* in delatione & relatione juramenti, ID. *d. l.* 2. *Reſp.* 99. in matrimonio contrahendo, compromiſſo &c. HAHN. ad WES. *h. t. n.* 7.

VI. *Procuratores conſtituunt* cauſarum *domini l.* 1. *ff. h. t.* tam directi quam utiles; ut Vaſalli *II. f.* 8. 43. Non pupilli aut minores ſine Tutorum auctoritate & Curatorum conſenſu, *l.* 11. *C. de Procur.* ſubſiſtit tamen lata in favorem eorundem ſententia *l.* 14. *C. eod.* CARPZ. *P.* 1. *Dec.* 14. Non Tutores aut Curatores ſoli, hi enim actorem dant, *d. l.* 11. *l.* 24. *ff. de Adm. & per. tut. O. P. S. t.* 9. §. würden. *neque mulieres* uſu Saxon. ſine curatorum conſenſu CARPZOV. *P.* 1. *C.* 1. *D.* 32. ipſi vero Curatores mulierum exhibendo Curatorium ſuum in judicio legitimant perſonam, imo actoria concedentes nulla neceſſitate Curandæ ſuæ ſubſcriptionem adhibent; quæ tamen neceſſaria eſt, ſi mulier ſit ſuorum liberorum Tutrix, Curatorque actorem in cauſa Tutelari conſtituat, in qua ſi vel ipſe Curator ſe ſiſtat, præter Curatorium tutricis voluntatem docere tenetur. CARPZ. *Proc. T.* 5. *a.* 3. *num.* 90. 96. *ſeqq.* PHIL. *ad T.* 9. *O. P.*

*S. Conſid.* 2 *ubi præj.* Neque conſtituunt procuratores prohibiti vel natura, ut furioſi &c. *v. l.* 34. *ff. h.* vel Jure, ut excommunicati, *c. f. X. h. t.* præterquam ad defendendum, *c.* 7. *X. de judic.*

VII. *A munere procuratorio arcentur* (1) *fœminæ. l.* 18. *C. h. t.* niſi in rem ſuam ſint procuratrices *l.* 4. *C. eod.* alias Exceptiones *vid. l.* 41. *ff. h. l.* 3. §. 2. *ff. de lib. cauſ.* §. 3. *I. d. ſuſp. tut. Iure Saxon.* in impetratione arreſti, confectione teſtamenti &c. etiam ſine curatore admittuntur. CARPZ. *Pr. t.* 5. *a.* 3. *n.* 70. *ſeq.* (2.) *Milites* ob publicam utilitatem *l.* 7. *l.* 9. *C. h. t.* dummodo adverſus eos excipiatur. *l.* 13. *C. h. t.* HAHN. ad WESENB. *h. t. num.* 4. (3.) *Minores* tam ante quam poſt impletum annum 17. Iure Can. *c.* 5. *de Procur.* 6. & ſecundum obſervantiam Saxon. oppoſita inhabilitatis exceptione; uti pronunciatum eſſe refert PHIL. ad *ad O. P. S. T.* 3. *conſ.* 2. NICOL. *Proc. Iud. p. m.* 64. *l. c.* CARPZ. *Dec. Ill.* 203. & *Proc. T.* 5. *art.* 1. *num.* 29. *ſeqq.* (4.) *Infames t.* 1. *III. q.* 7. GAIL. *l.* 1. *Obſ.* 43. *n.* 8. HAHN. ad WES. *d. l. Conſ. Tit. præc. aph.* 3.

IIX. *Procurator admittitur in cauſis* civilibus, licet famoſis *v. l.* 6. §. 2. *ff. de his, qui not. inf. Conf.* GROENEW. *de LL. abrog. in l.* 40. *ff. h. t.* in criminalibus ceſſante Inſcriptionis vinculo a parte accuſatoris. *Ord. Crim.* CAROL. V.

*a.* 12.

*a.* 12. a parte rei, ſi de pœna nec capitali, nec corporis afflictiva reo irroganda agatur, *v. l.* 1. *ff. an per al. cauſ. appell.* niſi is abſentiam rei ante litis conteſtationem defendere, *v. l.* 71. *ff. h. t.* aut exceptiones dilatorias proponere velit. CARPZOV. *P.* 3. *q.* 115. *n.* 2. 48. 77. ID. *P.* 4. *C.* 42. *d.* 3. de Jure Civ. *v.* MAGNIF. AUT. *S. J. C. Ex.* 7. *th.* 32. *j.* ANT. MATTH. *de Cr. l.* 48. *t.* 31. *c.* 4. *n.* 2. *ſeqq.*

IX. *Procuratoris officium eſt* mandatum ſuſceptum exequi, *l.* 8. §. *f. ff. Mand.* ejusque fines neutiquam excedere; *quodſi* autem *procurator in cauſa vel dolo vel culpa verſatur, domino hoc nocet. l.* 10. *C. h. t. l.* 1. §. *f. ff. Quand. appell.* eique reſtitutione in integrum non ſuccurritur, niſi citra omnem culpam Domini damnum hoc datum ſit a Procuratore ſolvendo non exiſtente, vi clauſulæ generalis *in l.* 1. §. 1. *ff. Ex quib. cauſ. maj.* CARPZOV. *P.* 1. *C.* 1. *d.* 22. 23. *add. Dec.* 203. *num.* 26. Ex hoc mandato domino directo datur mandati actio, Procuratori contraria, *l.* 46. §. 4. 5. *ff. Mand.* Pariter cum Procurator lite conteſtata fiat dominus litis. *l.* 22. *C. de Procur.* in ipſum, non in principalem *J. Civ.* ferenda eſt ſententia. *l.* 1. *C. d. Sentent.* quod *hodie* non attendi, nec Jure Can. receptum eſſe refert RITTERSHUS. *de Diff. Jur. Civ. & Can. l.* 5. *c.* 24. *verb. Nunc.* HAHN. ad WES. *h. t. num.* 8. *verb. Sententia.* GAIL.

*l.* 1. *obſ.* 111. *n.* 2. GROENEW. *de LL. abbrog. d. l.* 1. *n.* 2.

X. *Conſtitutio Procuratoris diſſolvitur* non tantum utriusque, *v. l.* 58. *ff. de pact.* ſed etiam alterius partis voluntate re integra ante litis conteſtationem, *l.* 16. *ff. h. t.* non poſt eam, niſi cauſa cognita. *l.* 17. *pr. &* §. *f. ff. h. l.* 25. *ff. h. t.* GAIL. *l.* 1. *Obſ.* 46. & adverſa parte, ſi contradicit, audita. CARPZOV. *Dec. Ill.* 45. *n.* 18. & 24. *ubi præjud.* ZIEGLER. *ad Inſt. Jur. Can. l.* 3. *T.* 2. §. 15. Item lata ſententia definitiva procuratoris officium exſpirat, cum appellationem proſequi invitus non cogatur, niſi aliud actum ſit inter partes *c.* 14. *X. de Procur. l.* 17. *C. h. l.* 9. *l.* 10. *C. de Appellat.* HAHN. ad WESENB. *h. t. num.* 11. CARPZOV. *P.* 1. *C.* 1. *d.* 24. *ubi præiud.*

XI. Altera pars Tituli de defenſore agit, in qua *defenſor dicitur*, qui ſine mandato reum in judicio defendit. *l. un. C. de ſatisd. j. l.* 46. §. 1. 2. *ff. h. t.* hic ſatisdare tenetur judicatum ſolvi, *d. l. un. C.* cujusque ſit conditionis. *l.* 51. §. *f. l.* 52. *ff. h. t.* FRANZ. *C. ff. h. t. num.* 52. & cavere de rato in actione reali, *l.* 40. §. 2. *ff. h. t. j. l.* 45. §. *f. ff. h. t.* ſi illud ab adverſa parte in litis exordio eſt petitum *d. l. un.*

Quod

Quod cujusque univerſitatis nomine vel contra eam agatur. L. 3. ff. t. 4.

XII. Hactenus de Procuratore privatorum. Procurator Univerſitatis dicitur *Syndicus l.* 1. §. 1. *ff. h. t.* & *deſcribi poteſt*, quod ſit procurator univerſitatis, qui communi mandato cauſas ejusdem in judicio adminiſtrat *l.* 1. §. 1 *l.* 6. §. 3 *ff. h t. Univerſitas* autem *eſt* corpus e diſtantibus perſonis collectum & unitum, communibus juribus, rebus & perſonis ad utilitatem communem utens. *d. l.* MAGN. AVCTOR. *S. J. C. Ex.* 7. *th.* 40. 41. CARPZOV. *Proc. T.* 5. *art.* 4. *num.* 5. *Cogitur univerſitas per Syndicum litigare*, ne actione aut defenſione per plures ſciſſa incommodo afficiatur adverſarius, *v. l.* 5. §. 7. *ff. Judic. ſolvi* CARPZ. *P.* 1. *Conſt.* 13. *d.* 5. non tamen inde colligi poteſt, id quod alia, quam Syndico conſtituto, via in judicio ab univerſitate geſtum eſt, ipſo jure nullum eſſe, uti docet ZIEGLER. *ad Inſt. Jur. Canon. l.* 3. *th.* 2. *verb. Syndicus.*

XIII. *Syndicum conſtituit* vel lex, vel lege deficiente *univerſitas* a Principe confirmata *l.* 1. *l.* 3. *ff. h. t.* FRANZ. *C. ff. h. t. num.* 3. quæ ſi *ordinata* eſt, i. e. certum habet ordinem regentem, cauſasque judiciales curantem, ordinis illius major pars conſentiens Syndi-

cum facit: ſi *minus ordinata*, ut in pagis accidit, in univerſitate numeroſa majoris partis, non numeroſa ſingulorum conſenſus & ſubſcriptio requiritur, niſi deſuper inſtrumentum confectum BERL. *P.* 1. *Concl.* 14. *n.* 88. vel conſtitutio judicialiter facta ſit, adeo, ut nequidem Tutores nomine pupillorum, curatores nomine viduarum a ſubſcriptione ſint excludendi, Syndico neceſſitate cum Syndicatu Curatoria & Tutoria exhibendi impoſita. *v. l. c. l.* 3. *l.* 4. l. 6. §. 1 *ff. h. t. vid.* CARPZOV. *P.* 1. *C.* 1. *d.* 7. ID. *Proc. T.* 5. *a.* 4. *n.* 33. *ſeqq.* HAHN. ad WES. *h. t. n.* 2. *verb. Nec enim.* Quæ & ſimilia e conſuetudine præcipue æſtimanda ſunt. *v. l.* 6. *pr. ff. h.*

XIV. *Syndicus conſtitui poteſt* non tantum qui e corpore univerſitatis eſt, ſed *etiam extraneus, v. l.* 1. §. *f. ff. h.* CARPZOV. *P.* 1. *C.* 1. *d.* HAHN. *h. t. num.* 5. & patris ſuffragium filio, filiique patri prodeſt *l.* 5. *ff. h.* imo, ut duæ partes Decurionum adfuerint, is quoque, quem decernunt, numerari poteſt. *l.* 4. *ff. h.* Officium Syndici idem eſt, quod Procuratoris, & *præſumitur* is legitime conſtitutus *habere mandatum cum libera ſecundum* GAIL *l.* 2. *Obſ.* 72. *n.* 11. nec removetur unus, Syndicis duobus conſtitutis, a Judicio, ſi ſolus compareat. *v. l.* 32. *ff. de procur.* CARPZ. *Dec.* 26. ID. *Proc. T.* 5. *art* 4. *num.* 50. ad delatum juramentum vero præſtandum Syndicus, ut talis, non admittitur, ſed illud a tribus quatuorve membris univer-

univerſitatis, exactiſſimam cauſæ notitiam habentibus perſolvitur, *P.* 1. *Conſt. El.* 13. *ibique* CARPZOV. *d. l.* 2. 3. *j.* MAGN. AUT. *S. J. C. Ex.* 7. *th.* 44.

XV. Quodſi Procuratores, de quibus actum eſt, pecuniam acceperint, ut per *calumniam* alicui negotium facerent vel non facerent, *l.* 1. *ff. h. t. l.* 3. §. 1. *ff. eod. Prætor* in eos *actionem in factum* conceſſit, quæ eſt perſonalis, pœnalis mixta, & datur illi, cujus intuitu pecunia data vel promiſſa eſt, ut ei negotium fieret vel non fieret, non heredibus *l.* 4. *ff. h. t.* adverſus accipientem, non heredes *l.* 5. *ff. h.* ad hoc, ut intra annum quadruplum, poſt annum ſimplum præſtent. *l.* 1. *ff. h.* Hanc actionem exoleviſſe dicit GROENEW. *de LL. abrog. h. t.* infrequentem eam eſſe ſentio cum ECK. *C. ff. h. t.* §. 5.

## *TIT. III.*
## DE
## MAGISTRATIBUS ROMANIS.

Actores & Rei una cum perſonis pro ipſis in judicio comparentibus viſi ſunt in ſuperioribus, a quibus ad Judices tranſeundum eſt, qui cum Jure Romano diverſæ poteſtatis fuerint, eorumque conditio ad noſtram Rempublicam referri, non niſi cum aliqua difficultate poſſit, *v.* GROENEW. *d. LL. abrog. t. de ſenat.*

Magiſtratus Romanos in ſubſequentibus magis attingere, quam exponere lubet.

I. *Magiſtratus dici poteſt* perſona publica quæ jurisdictioni præeſt *v. l. 1. ff. de Off. ej. cui mand. Jurisd. dividitur in Urbanum & Provincialem,* ille in ipſa urbe Roma, hic in provincia jus dicebat. *Urbanus* erat vel *ordinarius*, qui ſemper erat in Republ. *Extraordinarius* qui emergente neceſſitate eligebatur. Ad *Magiſtratum Urbanum* refero (1.) *Conſulem*, qui Senatui præerat. Hujus poſt regifugium magna fuit dignitas, *v. l. 8. C. de dignit.* & poteſtas. *l. 2. §. 16. ff. de O. J.* FRANZ. C. *ff. h. t. num.* 3. Quæ reſtricta eſt per provocationem ab eo conceſſam prohibitamque in caput civis Romani animadverſionem *d. l.* Tempore Ulpiani Conſules voluntariam & contentioſam Jurisdictionem habuiſſe videntur. *l. un. ff. h. t. j. l. 57. ff. de re iud. j. l. 5. §. 1. ff. de off. ei. cui mand. Jurisd.* HAHN. ad WESENB. *h. t. verb. Ea. Conf.* MAGN. AUCTOR. *S. J. C. Ex. 4. th.* 11.

De officio Conſul. L. 1. ff. t. 10.

II. (2.) *Præfectum Prætorio*, qui ab initio cohortibus aulæ (i. e. militibus, quos in ſui cuſtodiam alebant Principes) præfuit, & res militares tractavit, poſtea cauſis civilibus adhibitus eſt, & adeo poteſtate crevit, ut ab ipſius ſententia non appellaretur, *l. un. §. 1. ff. h. t.* ſed ſupplicatio admitteretur, *l. un. C. de Sent. Præf. Præt. j. l. 17. ff. de*

De officio Præfecti Prætorio L. 1. ff. t. 11.

*ff. de min.* HAHN. ad WES. *h. t.* Tandem plures Præfecti Prætorio creati, diverſisque Regionibus ut adminiſtratores præpoſiti ſunt. *v.* FRANZ. C *ff. h. t. num.* 5 *ſeqq.* MAGN. AUCT. *S. I. C. Ex.* 14. *th.* 14 *ſeqq.*

III. (3.) *Præfectum urbi*, cujus Magiſtratus extraordinarius ſub Regibus & Conſulibus fuit, quia Regibus & Conſulibus ob bella &c. abeuntibus eligebatur. Sub Imperatoribus ordinarius extitit FRANZ. C. *ff. h. t.* 11. 12. atque jus dixit in criminalibus in urbe & extra eam usque ad centeſimum lapidem. *l.* 1. *pr.* §. 4 *ff. h t v. l* 7 *l f* C. *ad L. Fab. de Plag.* WISS. *ad π. P.* 1. *D.* 5. *th.* 5. at in civilibus; quibusdam tantum cauſis cognitionem habuit *l.* 1. §. 9. 11. *ff. eod. v.* FRANZ. *h. t. n.* 9. MAGN. AUCT. *S. I. C. h t. th.* 17. De officio Præfecti Urbi L 1. ff. t. 12.

IV. (4.) *Quæſtorem.* Quæſtorum alii erant capitales, alii pecuniæ publicæ *v. l.* 2. §. 23. 32. *ff. de O. J. hi vel provinciales*, qui cum Pro Conſulibus & Pro Prætoribus in provincias ibant: *vel urbani*, qui ærarii curam gerebant *v.* HILD. *in Antiq. Rom. v. Quæſtor.* Sub Imperatoribus deinde Quæſtorum munus ingreſſus & qs primordium gerendorum bonorum ſententiæque in ſenatu dicendæ fuit. *l.* 1. §. 3 *ff. h. t.* Imo Juſtitiæ adminiſtrandæ directio, tandem in aula ipſis commiſſa eſt reſponſorum principis ſubnotatio &c. AUTH. *Glorioſiſſimi* C. *de diverſ. reſcript. l.* 32. §. §. C. *d.* De officio Quæſtoris. L. 1. ff. t. 13.

*Appel.*

*Appel.* MAGN. AUCTOR. *S. J. C. h. t. th.* 20. FRANZ. *C. ff. h. t. n.* 9.

De officio Prætorum L. 1. ff. t. 14.

V. (5.) *Prætorem.* Hic vel *Urbanus* dicebatur & inter cives, vel *peregrinus* & inter peregrinos jus reddebat. *l.* 2. *§.* 27. 28. *ff. d. O. I.* Ius ipſe dicebat de cauſis non criminalibus, ſed civilibus, *l.* 1. *§. f. ff. de Suſp. Tut. j. l.* 8. *ff. de Juſt. & Jur.* præcipue per tria verba ſolennia; do, dico, addico *v.* BRISSON. *de formul. l.* 5. *p.* 465. Illius auctoritas ſub Imperatoribus magis magisque deminuta eſt, unde ea, quæ voluntariæ ſunt Jurisdictionis, principaliter expedivit *v. l.* 1. *C. h. t j. l. f. C de præced. & al. reb. min.* Denique *l.* 3. *ff. h. t.* res judicatas a Magiſtratu inhabili per errorem dato propter utilitatem publicam ſuſtineri non communem errorem jus facere probat. *v.* IAC. GOTHOFRED. *Diſſert. ad d. l.* HAHN. ad WES. *h. t. verb. omnis.* qui eam ad Magiſtratus a Tyrannis conſtitutos applicat. FRANZ. *h. t. &* MAGN. AUCTOR. *S. J. C. h. t. th.* 23. 25.

De officio Præfecti Vigilum L. 1. ff. t. 15.

VI. (6.) *Præfectum vigilum*, qui Magiſtratus fuit Extraordinarius, *l.* 2. *§.* 33. *ff. de O. J.* ab Auguſto conſtitutus *l.* 1. *ff. h. t.* FRANZ. *C. ff. h. t. num.* 2. cognitionem de incendiis, effractoribus, furibus, raptoribus, receptatoribus habuit, *l* 3. *§. f. ff. h.* & jus fuſtibus flagellisque cædendi, *l.* 4 *ff. h.* non animadvertendi in criminalibus. *d. l. l.* 3. *§. f. ff. l. un. C. eod.* Hic Magiſtratus ſucceſſu temporis ſua aucto-

auctoritate cecidit. MAGN. AUCTOR. *S. J. C. h. t. th.* 28. Cæterum e *l.* 3. §. 1. *ff. h. t.* colligitur, incendium in dubio culpa habitantium excitatum præſumi *v.* HAHN. ad WES. *h. t. verb. Per negligentiam.*

VII. Conſideravimus huc usque Magiſtratus Urbanos, progrediendum ad *Provinciales*, quibus accenſetur (1) *Proconſul* (ejus originem *v. ap.* FRANZ. *h. t.*) qui in provinciam mittebatur, eandem regeret per ſpatium annuum, jus in cauſis civilibus tam voluntariæ quam contentioſæ Jurisdictionis, & criminalibus dicendo *l.* 2. *l.* 6. *l.* 10. *l.* 11. *ff. h. t.* Utitur autem Iurisdictione contentioſa ingreſſus Provinciam *l.* 4. §. *f ff h.* voluntaria egreſſus urbe. *l.* 2. *ff. h t. v.* FRANZ *n.* 11. Proconſuli adjungebatur *Legatus*, ut ei, ſi opus eſſet, Jurisdictio mandaretur. *l.* 5. *l.* 6. §. 1. *ff. h. t.* qui proinde nudus mandatarius non erat, hinc & ab eo ad Proconſulem provocari poterat, *l.* 2. *ff. Quis a quo appell. j. l.* 1. *v.* 1. *ff. de off. ej. cui mand.* & cauſarum criminalium cognitionem, non ſententiæ dictionem habebat. *l.* 6. *ff. b. t. j. l. un. C. h. t.* FRANZ. *h. t. n.* 21. WISS. *h. t. th.* 10. De officio Proconſulis & Legati. L. 1. ff. t. 16.

IIX. (2.) *Præfectus Auguſtalis* ab Auguſto ſic dicitur, & Ægypto præfectus eſt, cauſas civiles voluntariæ, *l.* 21. *ff. de manum. vind.* & contentioſæ Jurisdictionis tractavit, *l un. ff. h.* tributaque, etiam per militare auxilium, exegit. *l.* 1. *C. h. t.* De officio Præfecti Auguſtalis, L. 1. ff. t. 17.

IX.

De officio Præſidis. L. 1. ff. t. 18.

IX. (3.) *Præſes* qui ad Provinciam regendam mittebatur tamdiu, quamdiu Principi placebat, in cauſa civili voluntariæ & contentioſæ Jurisdictionis, item criminali Juris dicendi poteſtatem habebat *l.* 2. *l.* 3. *l.* 16. *ff. h. t.* & deportare, ſi generalis erat, non prohibebatur. *v.* 6. *§. f. ff.* 1. *l.* 2. *§.* 1. *ff. de Pœn.* WISS. *h. th.* 13. *Conf.* HAHN. ad WES. *h. t.* Præterea malos homines conquirendo pacatam ſervare provinciam, *l.* 13. *ff. h. t.* non quod factum, ſed faciendum eſt ſpectare, *l.* 12. *ff. h. t.* dignitatisque contemtum in converſatione cum provincialibus evitare jubebatur. *l.* 19. *ff. h. t.*

De officio Procuratoris Cæſaris vel Rationalis. L. 1. ff. t. 19.

X. (4.) *Procurator Cæſaris vel Rationalis* fiſcalibus cauſis in provinciis præfectus erat, & ſucceſſu temporis aliquam inter fiſcum & privatos Jurisdictionem nanciſcebatur, *l.* 5. *C. ubi cauſ. ſtat. l.* 9. *ff. de Off. Proconſ.* in quo hoc præcipuum eſt, quod Cæſare herede inſtituto miſcendo ſe hereditati Cæſarem heredem faciat *l.* 1. *§. f. ff. h t.* WISSENB. *h. t. th.* 17. *Conf.* MAGN. AUCT. *S. J. C. h. t. it.* FRANZ. *h. t.*

De officio Juridici. L. 1. ff. t. 20.

XI. (5.) *Juridicus Alexandriæ*, qui Præfecto Auguſtali adjunctus eſt, Alexandriæ Jus dixit, tutoris dandi facultatem *l. f. ff. h. t.* legis actionem *l.* 1. *ff. h. t.* & jus inſinuationes ad acta referendi habuit. *l.* 1. *C. h.* HAHN. ad WES. *h. t. verb. Adeo.*

XII.

XII. Quia Magiſtratus non raro impedi-untur, quo minus ipſi jus dicant, Jurisdi-ctionem ſuam alii mandare ſolent. *At man-dare Jurisdictionem* is demum *poteſt*, qui eam ſuo jure *l. 5. ff. de Jurisd.* non alieno benefi-cio, actu, *l. 4. §. f. ff. de Off. Proc.* non po-tentia habet. Item *mandari debet Iurisdictio*, quæ mandari non prohibetur, non Jurisdictio extraordinaria, aut merum Imperium. *l. 1. ff. h. t. Mandari* tamen *illi* tantum *poteſt* Juris-dictio, qui habilis eſt naturaliter & civiliter *l. 12. §. 2. ff. de Iud j. l. 43. § 1. de Procur. l. un. C. Qui pro ſua Iurisd.* is vero, cui man-data eſt Jurisdictio, eadem ſecundum man-dati vel generalis vel ſpecialis modum forma-liter aut virtualiter expreſſum, uti debet *l. 16. l. 17. ff. de Iurisdiction j. l f. §. 1. h. t. l. 2 ff de Iurisd.* Tandemque *tollitur* mandata jurisdictio mandantis revocatione *l. 18. ff. de jurisd.* & morte, re adhuc integra, interve-niente. *l. 6. de Iurisd.* De officio ejus cui mandata eſt jurisdictio. L. 1. ff. th. 20.

XIII. Magiſtratui ſolebat adjungi *Aſſeſſor*, qui conſiliis ipſum adjuvaret. *L. 7. C. h. t.* quicquid hic in eo officio quæſierat, peculio quaſi caſtrenſi cedebat. *d. l. Apud nos* Judici adjunguntur *Scabini*, die Gerichts-Schöppen, qui una cum judice judicium conſtituunt, eorumque præſentia adeo neceſſaria eſſe cre-ditur, ut Elector Sax. in *Dec. Nov. 73.* inſi-nuationem Teſtamenti Actuario ſoli factam De officio Aſſeſſorum L. 1. ff. t. 22.

pro

pro inutili habeat, niſi periculum fuiſſe in mora idem judicialiter atteſtetur. *Dec. N.* 45. quo de antea diſputatum eſt a CARPZ. *Proc. T.* 2. *art.* 4. *num.* 32. *ſeqq. it. l.* 6. *Reſp.* 12. *Conf.* BERL. *P.* 1. *Concl.* 8. *num.* 6. *ſeqq.*

XIV. Non prætereundus eſt hoc loco *Actuarius*, qui adeo neceſſarius eſt in judicio, ut ob defectum illius acta nullitatis vitium incurrant, *Ord. Cam. P.* 1. *t.* 59. PHIL. *ad O. P. S. t.* 2. *Conſ.* 2. *n.* 5. *ubi præjud.* & *eſt* publica perſona, acta in judicio conſcribens mandato judicis *v. c.* 11. *X. de Probat.* Ad officium Actuarii non admittendus eſt, niſi Juris peritus & idoneus, isque ſe judicio juramento ſpeciali obſtringere debet *O. P. S. t.* 2. §. Wir *ubi* PHIL. *Conſ.* 4. *Except. v. Conſ.* 5. (Notarium requirit BERL. *P.* 1. *Con.* 8. *n.* 16. CARPZ. *Proc. T.* 2. *a. n.* 4. *n.* 52. quod in criminalibus tantum ſtatuendum, vel Notarium Actuario ajungendum eſſe declarat *Dec. Nov. El.* 48. *ibidemque* PHIL. *Obſ.* 2.) *Officium illius* eſt omnia in judicio acta, propria manu, præſente judice aut aſſeſſoribus, conſcribere, videlicet citationes, dilationes, recuſationes, exceptiones, petitiones, reſponſiones, interrogationes, confeſſiones, Inſtrumentorum productiones, recognitiones, teſtium depoſitiones, concluſiones, interlocutiones. ſententias, Appellationes, Leuterationes, & cætera in judicio occurrentia, adjecto tempore, nomi-

na-

natisque perſonis fideliter & diligenter. Et ea quidem Acta originaliter in judicii ſcrinio conſervare debet, ut contentione deſuper exorta, veritas haberi queat, id quod tradit CARPZ. *Proc. t.* 2. *art.* 4. *n.* 40. *ſeq.* & BERL. *P.* 1. *Concl.* 8. *n.* 18. *ſeqq.*

XV. Commune Judicibus & Aſſeſſoribus eſt, quod, *ſi quid iniqui iuris in partes litigantes ſtatuerint, eodem ipſi,* ſecundum naturalem æquitatem *utantur. l.* 1. *l.* 2. *ff. h. t.* de quo cavet Prætor Edicto ſuo in *l.* 1. *ff. h. t.* cujus prior pars agit de magiſtratu, qui novum Jus ſtatuit, poſterior de litigante, qui novum jus obtinuit, & *datur inde actio in factum* læſo, & cuivis in ſimili cauſa experienti, *l.* 3. §. 2. *ff. h. t.* adverſus Magiſtratum, qui jus iniquum ſtatuit cum effectu, *l.* 1. §. *f. ff. h. t.* aut eum, qui jus iniquum obtinuit, licet eo uſus non ſit, *l.* 3. *ff. h. t.* ejusque heredes *l.* 3. §. 5. *ff. h. t. v.* MAGN. AVCTOR. *de Vind. Privat. cap.* 11. *aph.* 9. ad hoc, ut Magiſtratus aut pars in iſtis cauſis idem jus patiatur, *d. l.* 1. Verum ex hoc Edicto agi non poteſt contra Magiſtratum aut partem, quæ ſecundum Edicti formulam iniquum jus adverſus Magiſtratum partemve retorquet. *l.* 4. *ff. h. t.* *Hodie* ex fundamento hujus Edicti idem jus retorquetur adverſus debitorem, qui inducias moratorias impetravit. BERL. *P.* 3. *Concl.* 5. *num.* 10. adverſus civitatem, quæ jus de-

Quod quisque Iuris in alterum ſtatuerit, ut ipſe eod. jure utatur. L. 2. ff. t. 2.

tractionis in transferenda hereditate exercuit, aut præſtationem Geradæ vel Heergewettæ denegavit: quæ retorſio poſtremis caſibus ab ipſo Magiſtratu exercenda eſt ſecundum P. 3. *Conſt. El.* 38. ubi CARPZOV. *d.* 1. 2. *ſeqq.* HAHN. ad WESENB. *h. verb. diligentiæ & latiſſ.* MAGNIF. AUCTOR. *dict. diſſ. vind. priv. cap.* 11. *aph.* 13. *ſeqq.*

## *TIT. IV.*

## SI QUIS IUS DICENTI NON OBTEMPERAVERIT.

L. 2. ff. t. 3.

I. In ipſo proceſſu Magiſtratibus *neceſſaria* eſt *Jurisdictionis* ſuæ *defenſio*, ſi litigans, quod extremum eſt in Jurisdictione, non fecit e. g. rem mobilem via executiva auferri paſſus non eſt. *l. un.* §. 1. *ff. h. t. v.* BACH. *V.* 1. *d.* 4. *th.* 9. *l. d. e.* unde adverſus ipſum *prodita eſt actio*, quæ eſt pœnalis & competit cuivis ex populo FRANZ. *C. ff. h. t. n.* 8. adverſus contumaces, ad hoc, ut quanti eſt contemtus Magiſtratus, præſtetur. *l.* 1. *§. f. ff. h. t.* HAHN. ad WES. *h. t. num.* 2. *verb. Quid. Hodie* multi ſunt coercendi contumaciam modi, ut: incarceratio perſonæ, captura pignorum, denegatio audientiæ, miſſio in poſſeſſio-

ſeſſionem bonorum, ſequeſtratio rei &c. *v.* WESENB. *Com. ff. h. t. n.* 6.

II. Magiſtratus etiam eſt providere, ut in jus vocatio decenter fiat. Hinc *Prætor alios omnino, alios non impetrata venia vocare prohibet.* *Illis* annumerandi ſunt ob poteſtatem Conſules, Proconſules, &c. ob cauſæ favorem ſacra facientes, funus uxoremve ducentes, *l.* 2. *l.* 3. *ff. h. t.* quod *hodie* obſervari teſtis eſt HAHN. *h. t. n.* 5. *verb. Qui.* ob imbecillitatem furioſi & infantes *l.* 4. *ff. h. t.* *His* accenſendi ſunt Parentes, Patroni, ſimilesve perſonæ, quibus ſingularis reverentia debetur. *l.* 4 §. 1. *ff h. t. l.* 13. *ff. eod.* Sed veniæ impetrationem *hodie* non eſſe neceſſariam docet CARPZOV. *P.* 1. *C.* 2. *d.* 26 PHIL. *ad O. P. S. T.* 4. *Conſ.* 7. *Dedit* autem *Prætor vocato,* adverſus eum, qui ſine venia prohibitum in jus vocaverat, *actionem* pœnalem, ad præſtandos 50. aureos, aut ſuſtinendam in caſu inopiæ pœnam corporis afflictivam *l.* 24. *l.* 25. *ff. b. t.* De citatione actum eſt *Juriſpr. l.* 4. *T.* 8. *a.* 4. — De in jus vocando. L. 2. ff. t. 4.

## Si quis in jus vocatus non ierit, ſive quis eum vocaverit, quem ex Edicto non deb. L. 2. ff. T. 5.

III. In jus vocatus comparere debet, ne a competente judice mulcta damnetur. *l.* 2. *pr.* §. 1. *ff. h. t.* a qua ruſticitas & dies feri-

atus vocatum liberat. *d.* §. 1. Sed *quid ſi iudex ſit incompetens?* Aut notoria eſt incompetentia, aut dubia: priori caſu non opus eſt, poſteriori opus eſt comparitione, ut hoc ipſum ſciatur, an Judex ſit competens. *l. 2. ff. h. j. l. 5. ff. de Jur.* HAHN. ad WES. *h. t. n.* 1. MAGNIF. AUCTOR. *S. I. C. Ex.* 5. *th.* 14. *vid.* CARPZOV. *Proc. t. 9. a. 2. n.* 8 *ſeqq.* Atque ita Magiſtratum *hodie* adverſus contumacem agere poſſe ad ſolvendam mulctam exiſtimat. HAHN. *d. t.*

In jus vocati ut eant, aut ſatis, vel cautum dent. L. 2. ff. t. 6.

IV. Neceſſitatem eundi ad judicium effugiebat, qui per fidejuſſores idoneos ratione quantitatis & conveniendi facilitatis *l. 2. ff. Qui ſatisd. cog.* cavebat: at *in perſonis neceſſitudine iunctis qualiscunque fideiuſſor* ſub pœna 50. aureorum accipiendus erat *l. 2. ff. h. t.*

Ne quis eum, qui in jus vocabitur, vi eximat. L. 2. ff. t. 7.

V. *Ut autoritas Judicis conſervaretur, dedit Prætor actionem in factum* ei, qui in jus quemquam vocaverat adverſus eum, qui in jus vocatum vi exemerat, ad hoc, ut quanti ea res ab actore etiam per calumniam æſtimata fuerit, præſtaretur. *l. 5. §. 1. ff. h. t.*

Si ex noxali cauſa agatur, quemadmodum cave-

VI. *Cautione iudicio ſiſti opus* erat olim etiam tum, *quando ex noxali cauſa agebatur,* quia noxa caput ſequebatur. *l. 2. pr. ff. h. t.* adeoque, ne adverſarius eluderetur, ex-

 peci-

pediebat in eadem cauſa ſervum ſiſti *l.* 2. *ff.* *h. t.*

atur. L. 2. ff. t. 9.

VII. *Si quis iudicio ſiſtere ſe volentem impediat*, dolum impedientis coercere æquisſimum putavit *Prætor*, hinc *conceſſit actionem in factum* ei, cujus intereſt, non eſſe in ſiſtendo impeditum ſive actori ſive reo *a.* *l.* 3. §. *ff.* *h.* adverſus eum, per quem factum eſt, quo minus ſe judicio quis ſiſteret, ad hoc, ut præſtet id, quod intereſt *l.* 3. §. *f.* *ff.* *h. t.*

De eo per quem factum erit, quo minus quis in judicio ſiſtat. L. 2, ff. t. 10.

VIII. *Si quis cautionibus in iudicio ſiſtendi cauſa factis non obtemperaverit*, committitur ſtipulatio; & *datur inde* certa licitaque quantitate promiſſa *actio* ex ſtipulatu ad illius præſtationem, incerta quantitate promiſſa condictio incerti ad id, quod intererat eo tempore, quo ſiſti quis debebat. *l.* 3. *ff.* *ſi quis in ius voc non ierit.* *l.* 12. §. 1. *ff.* *h. t.* Quodſi autem is, qui ſiſtere ſe debuit ob legitimum impedimentum non ſtetit, tribuenda ei exceptio. *l.* 2. §. 1. *ff.* *h. t.* *Sunt autem legitima impedimenta*: Captivitas *l.* 2. §. 1. *ff.* *t.* *h.* Ægritudo. *l.* 2. §. 3. Peregrinatio, *a.* *l.* 2. *§.* 8. Expeditio publica. *l.* 6. *v.* L. R. *l.* 2. *art.* 7. Tempeſtas, Vis fluminis. *l.* 2. §. 3. *ff.* *h.* Mulieris citatæ puerperium §. 4. Funus domeſticum ducendum *l.* 4. §. 2. Bellorum motus & hoſtilitates, metus peſtilentiæ, mors & ſonticus morbus conjugis

Si quis Cautionibus in judicio ſiſtendi cauſa factis non obtemperaverit. L. 4, ff. t. 11.

aut liberorum, morbus aut defectus Advocati aut Procuratoris. *a. l.* 2. §. *ſ. ff. h. t. quæ* & alia cum ſufficientibus circumſtantiis *ſummariter*, aliquando etiam rei juramento *probari* ſufficit *d. a.* 7. L. R. CARPZOV. *Proc. T.* 8. *num.* 40 *ſeqq.* HAHN. ad WES. *h. t. num.* 2. *verb. In verb. Nec. Confer.* BERL. *P.* I. *Concl.* 17. *num.* 48. *ſeqq.*

## TIT. V.

## QUARUM RERUM ACTIO NON DATUR.

L. 44. ff. t. 5.

I. Partes citatæ in judicio ſuas opponunt *exceptiones*, quarum aliæ dicuntur eſſe *negativæ* ſive facti & intentionis, aliæ *affirmativæ* ſeu juris & actionis. *Illæ* ipſo jure intentionem, hæ per modum allegationis actionem competentem excludunt. Ad illas referri poteſt (1.) *Exceptio onerandæ libertatis cauſa*, quæ liberto datur adverſus patronum, qui onerandæ libertatis cauſa promiſſum exigit. *l.* 1. §. *ff. h. t.* (2.) *Exceptio de eo, quod in alea geſtum eſt*, competens colluſori re evicta, quam in alea vendidit, ut luderet. *l* 2. §. 1. *ff. h.* Proponitur eodem cum illis Titulo *exceptio præſtiti iurisiurandi*, quæ illi, qui, deferente adverſario voluntarium jusjurandum, juravit adverſus eundem, ex eadem cauſa

cauſa eandem rem petentem competit. *l.* 82. §. 10. 4. 5. *ff. de Iureiur. j. l. 7. ff. eod. j. Vinn. C. J. ad §. 4. de Except.*

II. Exceptiones Juris, quæ proprie tales dici poſſunt, in dilatorias & peremtorias abeunt. E dilatoriis reliquum eſt, ut *Exceptionem feriarum* conſideremus. *Sunt* autem *Feriæ* dies a Judicialibus actibus vacui *l.* 9. *ff. h. t.* & diſpescuntur (1.) in divinas & humanas. *Divinæ* cultui divino ſunt deſtinatæ, appellanturque feſta, quæ ſunt vel immobilia vel mobilia. Item aliæ ſunt integræ, aliæ ſemiferiæ, ut dies Apoſtolorum. FRANZ. *C. ff. h. t. num.* 19. Humanæ feriæ hominum gratia ſunt conſtitutæ, dicunturque vel eſſe *neceſſariæ*, ut vindemiarum, meſſium, quæ incipiunt a die octavo Julii, finiunturque cum die 14. Auguſti. REC. IMP. *Wormat. d. anno* 1512. nundinarum *v.* P. 1. *Conſt. El.* 30. *ibique* CARPZOV. *d.* 23. *ſeqq.* Vel *Honorariæ*, quæ in honorem recordationemque ſingularem celebrantur: ut Natales Principis, civitatis. *a. l. 7. C. h. t.* Dividuntur (2.) in *Ordinarias*, quæ certo jure conſtitutæ certis temporibus recurrunt, & *Extraordinarias* ſeu repentinas, quæ pro re nata indicuntur. *l.* 26. §. 7 *ff. Ex quib. cauſ. maj.* In *feriis divinis judicialiter geſta* nulla ſunt. *a. l. 7. C. h. t. c. f. X. eod.* adeoque

De feriis & dilat. & div. temp. L. 2. ff. t. 12.

non opus exceptione, at *in feriis humanis*, veluti vindemiarum, nundinarum, meſſium &c. Exceptio feriarum, etiam ſpecialiter in iisdem non occupatis, prodeſt. *v. l.* 1. *ff. h. t.* CARPZOV. P. 1. C. 1. *d.* 22. ID. *Proc. T.* 10 *n.* 9. 10. *ſeqq.* HAHN. ad WES. *h. t. n.* 7. *niſi* feriarum exceptioni *ſit renunciatum* vel expreſſe vel tacite, eandem omittendo: *a. l.* 6. *ff. h. c. f. X. h. t. l. t.* §. 1. *ff. h. t.* quæ renunciatio in feriis ob utilitatem privatorum directo introductis tantum obtinet, accedente Judicis conſenſu. *v. c.* 1. *f. X. h. t.* TESSAUR. *Dec.* 39. *num.* 2. HAHN. ad WES. *h. t. n.* 8. FRANZ. *C. ff. h. t. n.* 8. ZIEGL. *ad Inſt. Iur. Canon. l.* 3. *T.* 5. § 8.

De Exceptione rei judicatæ. L. 44. ff. t. 2.

III. Inter exceptiones peremptorias non omittenda eſt (1.) *Exceptio rei judicatæ*, quæ eſt peremptoria. *l.* 3. *ff. de Except.* reique cohærens, *l.* 7. §. 1. *ff. eod.* & datur reo, adverſus eum, qui idem, ab eodem, ex eadem cauſa petit *l.* 3. *l.* 4. *T.* 14. *ff. h. t.* Hæc exceptio ſtrictiſſimæ eſt interpretationis. *l.* 1. *ff. h. t.* & tertio non præjudicat CARPZOV. *P.* 1. *C.* 26. *d.* 15. niſi is omnino eandem habeat obtinendi rationem. *a. l.* 8. §. 16. *ff. de inoff. teſt.* ID. *Proc. T.* 16. *a.* 4. *num.* 24. *ſeqq.*

De Exceptione rei venditæ & traditæ L. 21. ff. t. 3.

IV. (2.) *Exceptio rei venditæ & traditæ*, quæ eſt peremptoria, & emtori ejusque ſucceſſoribus, *l. f. h. t.* adverſus eum, qui rem alienam vendidit, ejusque dominium poſtea conſecu-

tus

